kalendis ianuarij ꝯmedit in lecto ficus cum melle
vel fecit ſibi portare piſcem viuū. Si eo die dedit
pueris pecuniam vel ſi ipſe ab aliquo recepit qđ
dicitur vulgariter lamantia vł offerta vel laſtria

Si eo die miſit vel portauit in domo tēplia aliq̄ qꝛ eſſet prima dies anni ⁊ hoc vt ſic toto anno intrēt multa bona et ſic noluit intrare ſine aliq̄ re tēpali Si eo die fuerit ſuſpect⁹ ꝺ prīo quē viderit. Si in kalendis marcij ſignauit hoſtia dom⁹ vł aliā rem poſuit in feneſtra añ domū. Si ſignauit et poſuit ouum natum in die natał dn̄i vł in die veneris ſā cto vł in die aſcēſiōis. credēs ꝙ ꝯmedens illud nō poſſit occidi Si in die ſancti iohānis baptiſte colle git herbas q̄ſi illo die eſſent maioris virtutis col lecte ꝙ̄ altero vt cū illł faceret fumigatōꝫ ꝯtra in firmitatē. Si in ꝓfeſto dicti feſti trāſiuit ſuꝑ ignē factū ꝺ herbis cū incenſo q̇ dicit² ignis ſancti iohā nis. Si in nocte tał feſti fecit vnū qꝺ dicitur vinū ſancti iohānis ad ꝑnoſticādum de furtis ł alijs ſe cretis Si mulier dedit ſuo viro vł etiā alteri aut vir mulieri aliquod ad ꝯmedēdū vt eā amaret vł eū. qꝺ eſt mortale. Si fecit vł fieri fecit aliquā in cantatōeꝫ ob ſanitatē ꝯſequēdā. Et qn̄ hoc fit ſci enter qꝛ ſcitur eſſe ꝓhibitū tunc eſt ꝯmuniter mor tale Cum v̄o fit ex ſimplicitate putādo eſſe bonas ořoes videtur veniale. Sꝫ ſi nollēt in futuꝝ abſti nere ab hmōi negāda eſt eis abſolutio. qꝛ ex obſti natione ⁊ malitia fit mortale. Et interrogandū eſt de v̄bis q̄bus vtuntur et de ceremonijs ⁊ obſeruā tijs quas addunt. Si exercuit artem geomācie qꝺ eſt mortale. Si ꝯtra fermes vel febres ſcripſit in fructu amigdali vel in hoſtia vł alibi Si incanta uit vł incantari fecit ꝯtra dolorē dentium capitis ꝟlioꝝ aut ſuꝑcilioꝝ vł oculoꝝ cū faba ⁊ p̄ñ noſtē et hmōi Si portauit pueroſ infirmos ad ſambucū

vel ad rubum vel alium ſike3 locum cā ſanitatis re
cupande. Si fecit vel fieri fecit aut vſus eſt lr̄is vel
breuib9 q̄ ſunt ꝯmuniter ſup ſticioſe ex v̄bis vel ca
racterib9 vel carta in qua fuerit vel ex modo ipōnē
di aut portādi vel tp̄e aut loco ſcribendi Et inuēta
ſupſtitōe eor̄ ipōnēdū eſt vt ꝯburantur z ſi nollet
non eſſet abſoluendus q2 ſic fieret mortale. Si ſu
per ſe portauit cartam ſcriptam que dicitur ſan-
cti cipriani vel cartam nō natam vel v̄gineā vel ali-
quod aliud ſimile ob ſpem ſanitatis vel alteri9 c9-
cūq3 ſupſticioſi qd non eſſ3 naturaliter ex arte me
dicine vel alterius approbatum. Et generalit ſi q̄p
cūq3 aliam incātaciōem ꝯiurationem vel malefici-
um aut qdcūq3 ſupſticioſum exercuit aut eis fide3
adhibuit q̄ oīa ſunt vana et fatua ac ꝓhibita. Et
in q̄bus omnibus non ſeruatur primū p̄ceptum.

## De ſcdo p̄cepto ſc3 Non aſſumes nomē dei tui infanū Et primo de blaſphemia

### Capitulū decimumquartum.

S I videlic3 blaſpemauit i de
um vel aliquē ſanctor̄ dicē
do ſibi maledictōe3 vel alia
opprobrioſa verba qd ſp eſt
mortale Si blaſphemauit in
deū dicēdo eum non eſſe iu-
ſtū et non oīa iuſte diſpone-
re ſed acceptare perſonas
vel non curare d' actibus hominum aut eos non vi-
dere vel eſſe parcialem vel ſine demerito punire z

flagellare eũ vł aliquē vł ꝙ poſſet meliꝰ iſtō vel illud feciſſe vł ſiłr arguē deũ ď aliqᵒ qď totũ eſt mortale maxime cũ adũtit ꝛ intelligit qď loqtᶻ. Si murmurauit ꝯt̄ deũ vtputa de frigore calore pluuia vento aut niue. Si murmurauit ꝯt̄ deũ ď infirmitate paupte. ā filioꝝ morte ā qꝛ nõ generat filios. Si murmurauit ꝯt̄ deũ de ꝓſperitate malorũ aut de aduerſitate bonoꝝ.

## De periurio

Si iurauit in aliq̃ curia alicꝰ iudicis mendacioſe qď mortale ē quocũqꝫ etiā ꝓuemat. et ſiłr peccat q̇ aliquē inducit ad hᵒ adũtent vt aduocatꝰ ꝓcurator et ſiłes. Si iurauit ext̄ iudiciũ in ꝯmũi ſmone q̃cũqꝫ ex cauſa vł vtilitate vł leuitate vł iocoſitate vł q̃licũqꝫ modo nõ ſolũ ꝑ ſctā dei euãgelia ł ꝑ corpꝰ chriſti. ſꝫ etiā ꝑ fidē. ꝑ deũ. ā dicendo. ſic me deꝰ adiuuet. vł etiā ꝑ v̄ginē mariā. ꝑcrucē. per animā meā ā hmõi qď ſꝑ ē mortale qñ adũtit ſe iurare et falſum dicē. et hoc totiēs quotiēs. Si iurauit aliqď certũ affirmãdo ď qᵒ tñ dubitat an ſit verũ mortaliter peccauit. et p̄cipue ſi hoc fecit in iudicio Si iurauit facē aliqď malũ puta aliquã vin dictā ā talionē reddere non dimittē ꝯcubinā ſuare in iuſta ſtatuta. tenere ſecretā ꝯiuratõm qď ſꝑ mortale eſt. Si mãifeſtauit ā ꝓdidit aliqď ſecretũ in ꝯſilio aliquo tractatũ qď iurauit nõ mãifeſte q̄uis etiā nulli noceat tñ mortale ē et ipſe aut etiaꝫ ille q̇ aliquē ad ſiłe mãifeſtãdũ ꝯpellit mortaliter peccat Si iurauit obſuare ſtatuta alicuiꝰ ciuitatis aut vniuerſitatis que tñ iuſta et ratõabilia ſunt et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliq̄ ex ejs ſcienť tráſgreditur qđ etiam mortale ē
Si tñ aliqđ ſtatutū iam eſſet abrogatū ꝑ ꝯtrariaȝ
ꝯſuetudiem q2 videlicȝ q°ttidie ꝑuaretur ꝯtrariū
Si exhoc hmōi ſtatutū tnſgredēt² non videret² ꝑ
iurus eſſe q2 hmōi ſtatutū non vidē² ampli⁹ hžē vi
ſtatuti di.iiij.§. leges. Si iurauit ꝑ aliqđ mēbrū
dei vł ſanctoꝝ mō ribaldoꝝ qđ mortale eſt etiam
ſi res vera eſſet quā affirmare intendēt. Et h° ꝓpť
blaſphemiā q̄ ex h° ꝯſideratur vt.xxij.q.j.ſi quis
ꝑ capillos Si vō res iurata ā falſa aut illicita eſt
duplicit̄ mortaliter peccauit ſcȝ ꝑ blaſphemiā et
per piuriū. Si iurauit facē aliqđ licitum i honore
dei ā ſanctoꝝ ei⁹ ⁊ illud facē neglexerit qđ mor=
tale eſt Si etiam iurauit aliqđ ſimile factuꝝ ſȝ tñ
nō itendebat illud adiplere ſimilit̄ mortale eſt Si
vero etiā intēdebat ꝑuare ſȝ vemiente termino quo
iplere ꝓmiſerat ſeu iurauerat non ꝑuat ꝓmiſſum
cū tñ poſſet.licet cū i ꝯmoditate ſua adhuc morta
liter peccauit niſi tñ prius ep̄⁹ vł papa relaxaret
⁊ comutaret ſibi hmōi ꝓmiſſuȝ.ſi tñ ꝓmiſſio facta
eſt hōi.poteſt ille ſibi hmōi relaxare.ſȝ ſi non po=
teſt adiplere excuſatur a peccato.ſi tñ q̄ꝯcito po=
terit adipleuerit. Si quis ꝓmittit cum iuramēto ſe
aliq̄d factuꝝ qđ non eſt alicui⁹ iportantie boni ł
mali.vt videlicȝ ſi mř ꝓmittit cum iuramēto ꝑcut=
tere filiū vel ſimile vel homo ꝓmittit mediante iu
ramēto non bibere vel ꝯmedē illud ł hoc vł hmōi
qđ videtur veniale niſi tñ fieret in ꝯtemptū. quia
iuratio et piuratio eſt in h°. Si iurare ꝯſueuit etiā
ꝑ q̄buſcūqȝ minimis dicēdo tñ veritatem quod ve
niale eſt niſi fieret in ꝯtētū. Et idudcēdi ſunt tales

vt abſtineāt ꝓpter periculū ꝑiurij. Si induxit aliq̄ȝ ad iurandū quē oīno credebat falſum iuratūꝝ. qꝺ mortale eſt. niſi talis inducens foret iudex hoc faciens ex officio. ſcḋm ordinem iuris. Si vir iuramētum ſue vxoris irritauit qꝺ non debet niſi ſit tale qꝺ vxor non poſſet ad iplere ſine ſcādalo viri.

## De adiuratione

ADiuratio ē inductio alic⁹ ad faciēdū aliqꝺ ob īuocatiōem alic⁹ rei ſacre. et fit ꝑ modū coactōis ītēdēdo aliquē obligari ꝑ modū iuramēti ad aliqꝺ faciendū. q̄ ſi fit ad ſuꝑiores et alios in q̄b⁹ adiurās nō hȝ ꝑtātem pcc̄m mortale ē Si vō fit ad īferiores ⁊ ſibi ſubditos q̄b⁹ adiurās p̄cipe hȝ eo caſu licita ē ⁊ alias n̄. Et tūc adiurat⁹ tēt̄ facē vł dicē illud ꝓpt̄ qꝺ adiurat⁹ ē alias mortałr peccaret q̄madmodū tranſgreſſor p̄cepti. Si adiurauit p̄latos ł ſuꝑiores ł ſocios ā īferiores ꝑ modū ꝺp̄catōis n̄ coactōis ītendēs īducē ad aliqꝺ faciēdū. n̄ ē malū vł vemiale. Si leuit et ſine cā iurauit et adiurat⁹ n̄ fecēit n̄ peccat. hec Tho. Si adiurauit demōes ꝑ modū p̄cis ad aliqꝺ ſciēdū ab eis ł aliq̄d auxilij obtinēdū ab eis mortale ē. n̄ quiſ facēt h° ex familiari ꝯſilio ſpū̄ſcti vł ex q̄dā ſimplicitate q̄rēſ ab obſeſſis a dyabolo licȝ tn̄ illū adiurare ꝑ modū coactōis ne noceat. Si adiurauit creaturas irrōabiles ne dyabol⁹ eis vtat̄ in nr̄i nocumētū tūc licitū ē. Si aūt dyabol⁹ ī eis oꝑet̄ tūc mor-

tle ē vt ꝑ icātatōeſ ꝯpētū Si i cātileis ſeu fabuliſ mūdāis ⁊ i narratōib⁹ t̃pib⁹ ł amatorijs miſcuit deū ꝗ ſctōs qd̓ mortale ē ſi fecẽit in ꝯtemptū alias vero venale.

## De votis.

SI trāſgreſſus ē ſeu obmiſit adiplē votū licitū d̓liberate fcm̄ et ſi adūtit ſciēter ſꝑ ē mortle ⁊ tocieſ q°tieſ frāgit ſec⁹ ſi ex obliuiōe ł q₂ n̄ poterat ex aliq° accidēti ſupuemēte. Si vouit aliqd̓ malum ſe factuꝝ vtputa vīdictā de aliq° ł alic⁹ ꝑfect⁹ impedimtū vtputa n̄ ingredi ṙligionē vł ſimile. mortł̃r peccauit ⁊ pt̃ illd̓ votū frāgē abſq₃ aliq̄ diſpēſatōe. Si nimis tādauit implē votū licitū ſic ꝙ ex hmōi mora a mēoria excidit omnino. vł ꝙ ipe vouēs iā venit ad ſtatū n̄ valēdi āpli⁹ implē qd̓ p⁹ potuiſſ₃ qd̓ vide² mortle. Idē₃ qn̄ dimiſit ꝓpoſitū implēdi cū tn̄ nō potuiſſ₃. alias mora implēdi votū qn̄ ſibi n̄ ꝑfixit tp⁹ n̄ vide² mortale n̄ forte eēt vald̓ nimia ⁊ n̄ cū ex h° immīnēt ei picłm n̄ valēdi implē vt d̓ voto ingrediēdi ṙligiōꝫ cū tn̄ n̄ h̄ret cauſā cogētē dilatōꝫ. Si fecit votū d̓ re licita vt d̓ elemoſina d̓ ieiūijs ⁊ hmōi ſ₃ ob malū finē puta vt poſſ₃ facē vindictā adulteriū ł ſiłe mortle ē nec tēt² adimplē. Si fecit votū abſtinētie ⁊ hmōi et dubitabat vtꝝ poſſ₃ implē vł nō ⁊ ſine ꝯmutatōe vł diſpēſatōe ſupioris cū poſſit d̓ facili habere ṙcurſu₃ ad eū vł ꝯfeſſorē pro conſilio d̓ſuper ꝯſumendo frangit votum qd̓ videtur mortale

Nota tñ q̄ uiri pñt irritare vota abſtinētie. pegna tōis et elemoſine vxoꝝ. ſi ñ habeat niſi dotē abſq; aliq̄ alia diſpēſatōe. Et ſi fiat tal̄ irritatio voti etiā abſq; cā rōabili a viro nō tene² vxoꝛ iplē talia vota

## De irritatōe votoꝝ ipuberū et filiorū familias religioſoꝝ vide i ſumma inſecū da parte. titulo vltimo.

Si votum fecit ſtultū et irrationabile vt ieiunare in dñica. non lauare vl̄ pectinare caput in ſabato et hmōi ſi hoc fregerit non peccat imo ꝓhibēdū eſt illis hmōi vota iplere q2 ſic̄ Thomas ꝛ alij dicunt ſunt poti⁹ deridenda q̄ obſuanda etiam ſi pro honoꝛe ſanctoꝝ. fierēt. Si filius moꝛiēti patri ꝓmiſit aliqđ votū implere tenetur vt ex̄ de vo. lic; Si fuit ſibi aliqđ votū iniūctum a patre puta ſatiſfactio pecunie vl̄ ſimile tenetur iplere ex̄ de vſu. tua et de ſol. c. pꝛimo. Si fuit heres alic⁹ vouētis ſubuenire terre ſancte tenetur votū illius iplere. Et ſm Inno. ꝯpelli p̄t. Si filius puent⁹ ad annos pubtatis vouit aliqđ votū qđ ptinet ad ſuā pſonā et hoc ſi fuerit licitum teētur ſm Tho. i ſcđa ſcđe. q. lxxxviij. Seru⁹ autē ñ poteſt vouere votū pegrinationis aut religionis abſq; dñi ꝯſenſu q2 in poteſtate ſua non eſt vt dicit Tho. c. loco quo ſupꝛa Si religioſus vouit aliqđ votū abſq; p̄lati ſui licēcia illud non debet exequi abſq; eiuſdē licentia. Sec⁹ eſt tñ de voto oꝛōis vl̄ ſili qđ poteſt exequi abſq; ſua licētia. Si ſacerdos vouit votū peregrinationis ſine licēcia ſui p̄lati non debet adiplē abſq; licecia eiuſdē. Si hñs votum caſtitatis vl̄ rligiōis

ꝯtraxit q2 ꝗuis mr̃imoniū teneat tñ ꝯtrahēdo mor‐
taliter peccat et ꝯſumare nō poteſt mr̃imoniū ſine
mortali pc̄tō q2 adhuc añ ꝯſumatōꝫ mr̃imonij. id ē.
añ copulā carnalē. qua mediāte mr̃imoniū ꝯſumat²
poteſt adhuc et debet īplere votū ſuū prius ſc̄tm
Poſt ꝯſumatōem vero tenet² reddere debitū etiaꝫ
īnterp̄tatiue petenti ſꝫ exigere non pt̄ abſqꝫ mor‐
tali pc̄tō. Vñ ꝯſulēdū tali eſſet ꝙ peteret diſpēſa
tionē a papa ſup voto ſuo. ſm tñ guik. poſſet etiaꝫ
ep̄9 diſpēſare ī hoc caſu. Si mulier ſine ꝯſenſu vi‐
ri ſui vł ecōtra vouit et ſi ipſe vir ł mł̄r ꝯſentit ī‐
plere tenet². Si alter ꝯiugū ſine ꝯſenſu alteri9 vo
uit votū de nō reddēdo debitū īplere ñ tene². No
ta tñ ꝙ alter ꝯiugū p̄t ſine ꝯſenſu alteri9 vouere
de non petēdo debitū ſm quoſdā. Si vnanimi cō
cordes ābo vouerint caſtitatē. q2 tunc nō pt̄ alter
reuocare votū ſine pc̄tō mortali. Et ſi vir reuocat.
vxor debet īnſtanter pſeuerare et econtra. Si vir
vouit abſqꝫ vxoris licētia votū p egnatōis nō tene
tur q2 ñ poteſt. Si vir vouit votū iħoſolomitañ. te
netur īplere illud etiā īnuita vxore que tñ vt ꝯſen
ciat āmonēda eſt. ⁊ ſi ñ vult remanere pt̄ virū ſe‐
qui. Si vir vouit votū abſtinentie ꝯtradicēte vxo‐
re pt̄ illud īplere etiā ea īnuita. ſec9 ſi p dic̄tā ab‐
ſtinētiā īpedieretur redditio debiti. Si vir añ car‐
nalē copulā ad heremū trāſiuit redire tenetur ad
vxorē niſi intraſſet aliq̄ r̄ligionē approbatā Et no‐
ta ꝙ de tranſgreſſiōe votoꝝ pt̄ de iure ꝯmūi ⁊ cō
ſuetudine ſimplex ꝯfeſſor abſoluere. q2 non eſt de
reſuatis caſibus. Sed de diſpenſatōe et comutati
one votoꝝ nō poteſt ſe intromittere ſine ſpeciali

commiſſione dioceſani vł alteri⁹ q̄ poſſit dare Epi
aūt in oib⁹ poſſunt dare ꝯmiſſiōem et comutare ł
diſpēſare niſi ī voto caſtitatis et religionis ⁊ trib⁹
votis ꝑegnatōis ſcȝ Ieroſolomitañ ad ſanctū iaco
bum et ad limina apłoꝝ.pe.et pau.in q̄bus papa
ſolus vł ſumm⁹ penitētiarius diſpēſat vł ꝯmutat

## De Tertio p̄cepto ſcȝ memēto vt diem ſabati ſanctifices Capitulum .xv.

Et primo interrogādu3. Si recogitauit tria bñficia ſcilicet creatōis hoīs et totius m̄di ꝓpt hoiem. Redēptiōis hūane et glorificatōis.vt ꝑ talē memoriā caueat a vitiis et ſanctificet diē ī exercicijs ſpūalib⁹. Si dieb⁹ feſtiuis ſe ꝯpoſuit ⁊ ornauit p̄cioſis veſtibus ⁊ alijs ornamētis ad pompā et vanā gloriā ſiue ad placendum alioꝝ aſpectib⁹ vt deſideretur. Si diebus feſtiuis acceſſit vel ad eccleſiam vel ad alia ſpectacula cōpta et ornata ad capiēdas animas vt inuicem ſe oculis concupiſcant.ſicut frequēter mulieres faciūt qd̄ eſt mortale Si vero in eccījs ł alijſ locis ſacris hmōi fiāt.duplex cauſat² ſacrilegiū ſcȝ loci et tpis ſcī vltra principale pcm̄. Si his diebus coriſauit vane cātauit.man⁹ vł alia mēbra cū alio libidinoſe tāgendo et vana īhoneſta et ad malum incitantia verba loquēdo.vt vīdlicȝ ꝓuoce² cōcupiſcentia in cord̄ vnde q̄nq3 etiā op⁹ ſequi² qd̄ totum eſt mortale.Si his diebus luxurie vacauit

q2 ſi ext mrimoniū fuit duplex pctm̄ ɔmiſit. In tali
b9 em̄ dieb9 etiā mrimonialit ɔiūcti ab illo ope ſe
abſtinere decet. Si ſtans in mortali die dn̄ico non
ɔtrit9 fuit de illo aliud in currit mortale. Si ſona=
tor muſicoꝝ īſtrumētoꝝ his dieb9 cā fuit vanita
tis ſonādo videlicet corā vanis pſonis. vt ſic fierent
vaniores q2 mortalit peccauit ⁊ grauius. q2 cā fuit
pcti mortal alioꝝ. Si mlr ornata i feneſtra ſe po=
ſuit vt a trāſeūtib9 iſpiceret² mortalit peccauit. et
grauius his dieb9 ꝙ alijs. Si ockos ſuos vāis aſpe
ctibus ipleuit. et ſi hac de cā hīncinde circuiuit q2
mortale eſt. Si in ebrietatib9 et ɔmeſſatōib9 vaca
uit. vel in tabernis ⁊ ludis blaſphemijs ſe occupa
uit vl alioꝝ vt talia et ſimilia facerent cauſa fuit
qḋ mortale eſt. Si tardauit vſq3 ad ſero āte feſtū
vl vſq3 ad maneſeſti ad ſe radē faciendū. vt ma=
gis polit9 compareat aſpectibus mulieꝝ. Si his
diebus ocioſe vixit. vagando videlicet p plateas
et vicos ſiue ludēdo aut murmuratōibus vacando
et ocioſis verbis et hmōi Si his diebus laborauit
aut exercuit aliqḋ opus mānuale ex cauſas neceſſi=
tatis q2 mortaliter peccauit maxime ſi aliquo nota
bili ſpacio hmōi laborib9 īſtetit ſi vero momenta
nee vl p aliq̄ tpis pūcta id fieret non itm̄ pecca=
ret. Si autē fiat ex neceſſitate q2 ſc3 aliter n̄ poſſet
hr̄e victū ⁊ neceſſaria p ſuſtētatōe vite ſue l alio=
rum ſuoꝝ vl ſi timētur hoſtes vel venīut inunda=
tōes aq̄ꝝ aut alia ſilia picula q2 tunc lic3 remo=
uere ſuppellectilia et cetera bona ne pdentur. ſine
peccato. Et nota ꝙ debēt feſta ſuari et feſtiuari
a veſpera vſq3 ad veſperā. di. iij. pnūciā. Hic etiā

requirit^r magna diſtretio in ꝯſulendo ſi in dictis
dieb⁹ fecit aliqd mercatū q̄ꝛ generaliter loquen-
do nullo modo licet his dieb⁹ mercatū facē ꝗuis
ſpāliter aliq̄ pſone excuſentur ꝓpter aliq̄ꝺ neceſſi-
tatem magnam. Si vendidit vel emit his diebus
aliqua p̄ter ea tm̄ que ſunt ꝯmeſtibilia que etiā
ſi venderētur vel emeren^r ante diem feſtū illū ꝓpt
correptōꝫ quā incurrerēt ſuari non poſſent vt ſūt
carnes cocte. dapes et olera. lac et fruct⁹ aliq̄ ꝛc
hmōi q̄ꝛ mortaliter peccauit. In eſtate tam̄ q̄nq̄ꝫ
ꝓpter plura feſta ꝯtigua carnes crude et ſimilia
ad eſuꝫ neceſſaria vendi et emi poſſunt abſq̄ꝫ pec
cato. Si hmōi aliqd mandauit filijs ſuis diſcipul
ſeruis vel laborātibus facē ſine neceſſitate. pecca
uit mortaliter ipſe mandens ſimiliter et exequēs.
Si tn̄ mandans vel mgr̄ vel patron⁹ nō habet ne
ceſſitatē ſꝫ ipſe ſeru⁹ diſcipl⁹ vl laborāns habet ne
ceſſitatē. q̄ꝛ aliter viuere non poſſet ꝛ ſic non obe-
dit mandati ſibi ne hmōi opus faciat his diebus
ſed laborat p aliquo tpe in exercitio artis illi⁹ et
aliud exerciciū facē neſcit videtur excuſari. Nam ſi
in obſeqiuū paupeꝝ pſonaꝝ eccliaꝝ paupcula-
rum aliquid laborare licet diebus feſtiuis ſcdm
ꝙ doctores dicūt. quare nō magis talis ratiōe ſue
ſuſtentationis in neceſſitate aliquid laborare poſ
ſet. Tutius tn̄ eſſꝫ aliam artem eligere qua ſe me-
lius ꝗſtuare poſſet. Si in his dieb⁹ p ſe vel pro
alio placitauit niſi forte i cauſa miſerabiliū pſonarū
Si i dictis diebus iuramtū p̄ſtitit vl exegit. niſi p
pace vl fide vl obediētia vl fama q̄ꝛ alias non li-
ceret. Si talibus diebus aliquē ad mortē l ad pe

nam iudicauit. qđ non licet. Si macellarius in die feſto carnes crudas vendidit quia nec vendē nec emere licet niſi qñ in eſtate plura feſta ↄtinua occurrunt tunc em̄ licet ſi alias obſuari non poſſet vt ſupra. Licet etiam macellarios vł alios carnes in die feſto coquere et ꝑparare vt illas tunc vendat ſi prius non poterat ꝑparare aut ꝑparatas ſuare. Si tabernarius his diebus tabernā añ horā terciaꝝ apuit vel ſi ibi tenuit his diebus inſtrumta ludendi vł inde nō repulit ebrios. luſores. blaſphemos et hmōi. Si mercator his dieb⁹ ſuas merciunculas vendidit ꝓpe eccleſiā vbi fiſc⁹ occurrit vel forte qđ peius eſt in eccleſia ꝓphanando locuꝫ ſacrum Si his diebus attulit vel afferre fecit aut mandauit cū beſtijs vel alijs pſalmas bladoꝝ vł aliaꝝ reꝝ quia tam precipiēs ꝙ exequēs eſt i culpa mortali niſi in magna neceſſitate hoc fieret. Si his diebus ↄpulſus ab offitiali vel dño laborauit quia tam precipiēs ꝙ exequens mortaliter peccat niſi ex neceſſitate guerre et hmōi hoc fieret q2 tūc ābo excuſantur. Si vero ſine iuſta neceſſitate in ꝑcipiente et non ſine iuſto metu ī obediēte tūc obediens excuſatur ſed non ꝑcipiēs. Si vectigal portauit his diebus merces aut pſonas aut elimēta ꝑ loca longa ł r̄mota q2 quieſcē debet in feſto niſi ex magna neceſſitate cogatur. Si viator vł curſor talibus diebus itinerauit. quia non debet niſi ꝓpt magnā neceſſitatem. Si aromatorius ſeu apothecarius his diebus tenuit apothecā apertam ł vēdit aliquid de apoteca niſi vrgēte neceſſitate infirmoꝝ quibus aliter ſubuenire non poteſt. ſed tam̄

propter hoc non debet apertas apothecas tene•re. Si barbitonſor de nocte feſti vel de die artem ſuam exercuit. et ſic cauſam preſtitit laſciue alicu9 qui vt politior appareat vult radi in mane feſti qñ q3 quod mortale videtur. Si ferratores animaliũ talibus diebus laborauerunt. quia non licet niſi vrgente magna neceſſitate eorum quibus ſeruiũt Si ſartor vel ſutor veſtimentorum quia ꝓmiſit qd̃ implere non poteſt ſine feſti violatione. vt promiſſa ſeruaret. laborauit in nocte vel die feſti vel alios fecit laborare. quia peccauit promittẽdo tali ĩtentione et plus peccauit ſeruando taliter ꝓmiſſa Item ſi mane feſti totaliter ſe occupauit in induendo nouas veſtes dimittendo miſſam vel predicationem propter hoc. Si molendinarius moluerit q2 non debet. Si lanifex lauit lanam prope feſtum ex cupiditate prouidens vt in die feſto illam extẽdat ad ſolem quia non licet. Si extendit pannos ĩ die feſto in tiratorijs quia nõ licet. Si tinctores lane et pannorum diebus feſtiuis maxime in tinctura granati laborauerũt. quia non licet niſi timerẽt periculum magni damni in tali tinctura Item ſi tũc ſtuduit inquantum potuit audire miſſa3 ⁊ dei verbum vt debet. Item ſi tunc quantum potuit ꝓuidit vt feſtu3 celebraret et ſanctificaret bonis operibus vt debet. Si mercator vel alius artifex in die vel ĩ nocte feſti cũ ſuis conſocijs aut laboratorib9 aut agricolis fecit rationem quia non licet. Si illis diebus numerauit animalia ab animalibus et ſcripſit in quinterno mercantie. Si notarius illis diebus fecit inſtrumenta aliquorum ꝯtractuum quia

non licet niſi ex magnā neceſſitate vt ſuadēte pietate et pace et hmōi. Si ſcriptor in feſto ſcripſit ꝓ precio q2 non licet niſi ſcolaribus tꝑate ſuos ſmo- nes aut lectiones annotare et ſimilia ꝑua dūmodo ſine ꝑcio fiat. Non etiaʒ licet illis diebus nimis inſiſtere ꝗ̄e ſcripture. Si ſcolaris i feſto neglecta miſſa et alijs diuinis actibus diſputationes ſuas ordinauit aut exercuit in mane ſolēnis diei q2 non licet. Si ↄſiliarius ſe agregat conſilio i mane diei feſti omiſſa miſſa q2 non licet niſi fieret ex magna neceſſitate aut pietate. Si in die feſto ↄduxit opa rios faciēdo pactum cum eis q2 non licet vt ſi de- tulit ſoluere ſolariū vel mercedem operarijs q2 nō debet ſeruare ſolutionē vſq3 ad diem feſtum ſ3 añ vt poſt cū idigerint p̄ſtare. Cū leuitici. xix. ſcriptū ē. nō morabit² op⁹ mercenarij tui apud te vſq3 ma ne. Si i die feſto ſuos d̄ditores reqſiuit vt debita exegit. q2 nō licet Si ſcienter ſibi ꝑauit occaſionē laborādi i die feſto q2 ñ licet. Si in die feſto fecit vꝑa coronaſ aut ſikes vanitates q2 ñ licet Si vaca uit piſcatōi. venatōi. aucupatōi aut alijs ſikib⁹. Si in eccleſia loquendo vel alium ſtrepituʒ faciendo interrupit ſiue impediuit diuinū officiuʒ ſiue ver bum dei. Si mulier in eccleſia velatum caput non habuit quia tenetur. Si non orauit mente attenta quia ad hoc conari debet vt i feſtis adminus mēs a terrenis ſeꝑata oratiōis tꝑe libere deū oret. Si diuino officio dū potuit nō interfuit ſi diuinū offi- ciū d̄uote ⁊ attēte ñ audiuit cū reuerētia ⁊ hono- re Si ſtādo ad officiū magis d̄lectat⁹ ē voce cantā tiū vel organoꝝ ſonꝭ q̄ꝫ verbis et meditationibus

ſacris. Si dieb9 feſtiuis verbū dei vel diuina offi
cia cū tedio audiuit et n̄ libēter īterfuit. q2 modi-
cum ſibi ꝓfuit. Tenet² em̄ q̄libꝫ christian9 miſſaꝫ
īegrā audire attēto et deuoto corde et cū euāge-
liū legitur pedeſter ſtare et aduertē et cū ieſu no
mē noīat² genua flectē ſeu īcliare. Si vidua tāq̄
deſperata ex morte ſui viri ꝑ annū vl' mēſem ſine
miſſa ī domo recluſa ꝑmāſit q2 mortalit̄ peccauit.
Si ī die feſto rtinuit ī domo filias nubiles aut fili
os l' etiā famlos ſeu famlas ꝓpter quācūqꝫ cauſaꝫ
ne miſſam audierint q2 a mortali culpa excuſari nō
valēt ſi miſſam obmiſit ex ꝯtemptu vel cupidie lu
crādi vel itinerādi vl' cā eūdi ad ſolacia l' cōuiuia
vl' ex negligētia vel ex ignorātia craſſa q2 mortali
ter peccauit totiēs q°tiēs dimiſit. Ex ſibi cā ſi pbr
ſcienter dimiſit miſſam ꝓpām ꝑ peculari ex̄ d' ce.
miſſ. c. ij. Si vero ſimplex eſt pſona et ex ſimplici-
tate hoc fecit excuſari videt². Si in die feſto audi
uit miſſam ī aliena ꝓrochia ſine licētia ſui paſtoris
Dimittētes āt miſſam ꝓpter īfirmitatē vel ex tali
occupatione quam euitare non poſſunt neqꝫ dimit-
tere vt ſeruire infirmo. excubare ī caſtris et ſimi-
lia que ex iuſta cauſa ꝓcedūt excuſantur.
¶ Puelle etiā que a ꝑentibus dimittuntur. vidē
tur excuſari. non autem eūtes ad coreas vel vidue
que manent clauſe in domo d' quibus ſupra. §. vij
ab hoc iam dicto.

## ¶ De quarto p̄cepto ſcꝫ habeas i hono-re parētes ¶ Capitulum xvi.

ET primo ſi pentib⁹ ñ obedi
uitm licitis ⁊ hoeſtis quãtũ
cũqȝ etiã parius qđ mortale
ẽ. Sec⁹ tñ ſi ex negligẽtia
⁊ in rebus nõ multi põderiſ
Si nõ reuerẽter ſe habuit ĩ
alloquẽdo et aſſurgẽdo ſed
cõtendit et locutuſ eſt dure
cũ eis vel ꝓuocauit eos ad irã ꝉ ñ ſupportauit eis
Si ñ ĩpleuit legata facta ab eiſ et ꝑcipue ad pias
cauſas ſȝ multũ diſtulit ꝓpẽ ĩcõmoditatẽ cũ tñ poſ
ſet qđ mortle ẽ. Si tpe ſenectutis ꝉ ĩfirmitatis eo-
rũ ą alijs magnis nccitatib⁹ ñ ꝓuidit eis cũ potu
iſſet q đmortle ẽ. Si ĩ tctãdis eoꝝ negotijs ñ fuit
fidel. Si dixit pentib⁹ ṽba ↄtumelioſa ꝉ opꝓropo-
ſa qđ mortale ẽ. Si blaſphemauit eos viuos ą de-
fũctos qđ ẽ mortale. Si ṽberauit eos etiã leuiter
ą đriſit qđ ẽ ſikr mortale ⁊ gue Si ꝓpter auaritiã
ą libertatẽ vꝉ ĩfirmitatẽ eoꝝ ą ſenectutẽ ꝉ aliã qm
cũqȝ cauſam đſiderauit eoꝝ mortẽ. Si p⁹ mortem
eoꝝ ñ fuit memor aĩaꝝ eoꝝ. Si pr̃i ſpũali ſcȝ pa-
ſtori vꝉ ſupiori ſuo ą eũ baptiſanti ꝉ ad aptiſandũ
tenẽti vꝉ ei⁹ ↄfeſſionẽ audiẽti vꝉ aliqđ ſikr faciẽti
non exhibuit debitũ honorẽ. vꝉ ſi ei ñ obediuit in
reb⁹ ſpũalib⁹ ꝉ ſi aliquẽ ex eis blaſphemauit aut
deriſit ą de ipſo murmurauit. Si pr̃ib⁹ tpalib⁹ vt
ſt dñi ⁊ ſupiores ſeculares et eoꝝ officialib⁹ non
obediuit in tpalib⁹ rei publice.

¶ De gubernatione parẽtũ quo ad filios
et familiam.

SI parentes nō ꝓuiderūt magnis necessitatibꝰ
victꝰ ⁊ vestitus filioꝝ et vxoris seu seruoꝝ
cū possent sȝ ex auaricia ⁊ cupiditate obmittūt qđ
mortale ē. Si ꝓpter auariciā vł crudlitatē filios su=
os etiā illegitimos misit ad hospitale vł ꝑuos qui
bñ sibi ꝑuiūt qđ etiā mortale ē. Si ñ adhibuit dili
gētiā ad hoc vt fierēt boni et mādata dei et ecc̄ie
obꝑuarēt vidlicet de ↄfessione ↄmūione ⁊ auditōe
misse de hōestate vite et hmōi. in q̇bꝰ parentes ma
xime laborare ⁊ īsistē dn̄t cū filij adhuc sunt ī iu=
uenili etate et tenera in q̄ flexibiles docibiles et
corrigibiles sunt ⁊ hº tā doctrina v̄boꝝ q̄ꝫ exēplo
opū et discipline correctōe. Et si in hoc notabilem
ↄmiserint negligētiā ñ curādo vł negligēdo talia
mortaliter peccāt alias v̄o venialiter. Si vxori ver
ba ↄtumeliosa dixit scȝ vocādo scortū vł hmōi vel
v̄berādo aspere sine causa rōabili qđ mortale est
ꝑt tñ vir mł̄ieri bñ satis dure et aspere loq̇ si vid=
rit expedire. Si vxor ↄtēdit cū viro illicite nolens
obedire ⁊ ex hº ꝓuocās eū ad blasphemādū deum
vł sctōs vł ad aliud magnū īcōueniēs mortale ē qr
occasiōez dedit ad hmōi. Si vir ꝑmittit vxorē plu
rimas vanitates facē q̄ ꝓuocāt ad lasciuiā vt orna
tus fatuos ā tripudiatos cātꝰ facē vł sīłia qđ morta=
le videt᷑. Si v̄o ñ fit multꝰ accessus videt᷑ veniale
Mat q̇ mittit filias ad coreas et alias vāitates et
ñ mittit vł ducit eas ad missaȝ audiēdā vł ↄfessiōȝ fa
ciēdā ā ↄmūionē recipiendā et hmōi ñ videt᷑ excu
sari posse a mortali. Si nimis dure vł nimis remis
se se habuit in gubernatōe familie. in quo om̄s q̄si
delinquūt etiā ꝑfecti ↄiter venialiter. di. xxvj. q̄ł.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De quinto precepto ſcilicz nõ occides
## Capitulum decimumſeptimum.

SI occidit ex ordĩnẽ iuris ali-
q̃ꝫ volũtarie ꝉ ꝑter intẽtõez
a caſu dãdo opam rei illici-
te. vt in ludo noxio ſcꝫ ad ꝓ-
iectõem ſaxonũ vꝉ ſilem ſeu
etiã rei licite⁹ ſꝫ nõ adhiben
do debitã diligẽtiã vt ꝓiici
endo tegulas de tecto ĩ cir-
cũſpecte qđ mortale ẽ ꝛ cã⁹ tñ ꝛ̃ſuat⁹ epis. Itez
ſi ex nccitate euitabili ꝉ etiã ĩeuitabili ad quã de
uenit ex cꝉpa vt q̄ adult dephẽſus a viro adulter
vt euadẽt mortẽ occidit ipm virũ adulter. Itez ſp
iterrogãdũ ẽ đ cã hõicidij. Si iudex occidit vꝉ ad
occidẽdũ iudicat aliquẽ ĩnocẽtẽ ſm iura ꝉ nocẽtem
ſꝫ ꝑter ordĩez iuris ꝉ ſm ꝓceſſuz ordiatũ ſꝫ ñ hñs
legittimũ dñiuz ꝉ hñs ptãtẽ ſꝫ ñ ex iuſticia imo ex
vindicta vꝉ auaricia vꝉ crudelitate. qđ mortale eſt
ꝛ caſus epaꝉ excepto vltimo pũcto mortis. Si mu
lier ĝuida procurauit ſibi aborſuz ꝑ medicias ꝉ la
bores vel aliũ modũ etiã ſi non ſequatur effectus
qđ mortale eſt in ea et in quocũqꝫ ad hoc ꝯſulente
ꝛ coopãte nõ tñ ẽ caſus epaꝉ ſi vero ſeq̃tur effect⁹
et puerperiũ erat formatũ hõicidiũ ĩ ea ẽ et etiam
in coopante ꝛ ꝯſulẽte in h° et ẽ epaꝉ caſus ꝛ alicu
bi ꝑ ꝯſtitutões ſinodales ẽ ex cõicatio. Si mulier
occidit filiũ ſuũ ſpõte ad occultãdũ crimẽ ſuũ ĝuiſ
ſimũ. et grauius ſi puer adhuc non ſit baptiſatus
Si pater filiũ vꝉ frater fratrem ꝉ vir vxorẽ ꝓpter

adulterium· Si vxor virum ꝓpter odiū vel amorem
alterius vel ſi filius patrem aut mrē ex ira vł aua
ricia occiderit qꝺ grauiſſimū eſt et dignuz magna
pena et caſus ep̄o tm̄ reſeruatus· Et nota ꝙ ꝯ̄iter
ep̄i ſolent mittere ꝑ caſu hōicidij illos qui ire pn̄t
ad pn̄iarios curie ad terrorē alioꝝ. tn̄ ſi volūt pn̄t
abſoluē ꝑ ſeipſos aut ſuos penitētiarios. Si mater
vel nutrix ſuffocat filiū quez tenet iuxta ſe ī lecto
inaduertenter oꝑ̄mens eum qꝺ mortale eſt ꝓpt ne
gligētiā et caſus ep̄o rſuatus. Si grauida mulier
p̄ter intentōz ſeu ꝓpoſitū aborſum facit ſi ꝯmiſiſſet
in hoc notabilē negligētiam vt quia nimis ſaltauit
vel quia nimis inordinate laborauit vel ꝓpter inor=
dinatas laſciuias non eſſet abſqꝫ mortali. Idem vi
ro vł alio percutiente eam vnde hoc ſeq̄t². Secus
ſi non eſt in culpa ſi quis mutilat menbrū alicuiꝰ
vel āputat aut alias inutile reddit extra ordinem
iuris. vł vulnerat aut alias ꝑcuttit aliquē ex iniu=
ria mortaliter peccat. Idē ſi iniuſte incarcerat vł
tenet ꝑ violēciam queꝙ̄. ne libere poſſit abire niſi
hoc faceret ad corrigendū īpediendo malū eꝰ ꝓpo
ſitū quē ī eo ꝯſiderat. Si vero aliter fecerit. et in
clericū etiā ſolum primā tonſurā hn̄tem excōicatꝰ
ē ſi quis alicuiꝰ mortui corpus exhumauerit et in
fruſta ꝯciderit ad coquendum et oſſa a carnibus
euellendum. vt ea ad ꝑtes alias deferet ſepelien
da. etiam ſi mortuꝰ ille ibidem elegiſſet ſepłturā
excōicatus eſt et abſolutio illiꝰ tm̄ pape reſuata.
vt in ex̄. va. Dōica. viij. Si quis verbo ſcꝫ mandādo
ꝑſuadēdo ratificando incitando cooꝑatur ad ali=
q.d p̄dictoꝝ in mortē vł aliquā leſionē corporalem

mortaliter peccat etiā ſi non ſeqtur effect9. Si vo
ſeqtur effect9 gui9 peccat. et ſi pcuſſus vel incar
cerat9 et hmōi eſſet cleric9 vel rligioſus i q°libet
pdictorꝝ caſuū pcutiēs vel includēs eſſet excōica=
tus niſi eſſet plat9 qui hoc faceret ad corrigēduꝫ
Et vbi inpdictis ſcꝫ mādato vel ɔſilio coopatōe vł
facto eſſet enormis in iuria clerico facta. non poſſꝫ
ppetrās abſolui citra ſedē apłicam vł legatū eiuſ
aut ſummū penitentiariū. Sec9 ſi nō eſſet enormiſ
de hmōi habes diffuſe in iiij. pte Summe. t. j. c. j.
Si qs interfici fecit vel mandauit aliquē chriſtia=
nū aſſeſſinos etiaꝫ ſi non ſequitur effect9 eſt excō
municat9 et depoſit9 ab omni gradu ordine et di=
gnitate ſeculari aut eccłiaſtica et ſilr receptor vł
defenſor hmōi aſſeſſinorꝝ. ex de homici. ne. p huma
ni li. vj. dicuntur aūt aſſeſſini hētici qꝫ etiā vide in
iiij. pte ſumme. t. j. Si quis deſiderat mortē alteri
us deliberata a ratione in malū eius ſiue ex odio vł
inuidia vł auaritia vł vt habeat bona ei9 vł ex lu
xuria vt aliā accipiat vel ex ſupbia vt ſuccedat in
prelationē vł ex accidia ne habeat laborē guber=
nandi eū vł vt magis ſit liber ne habeat corripiē
tem. In quolibet horꝝ ɔmittit² mortale pctm̄. ſec9
autē ſi hoc deſiderat ne ille āpli9 deū offēderet vł
ne peior efficeretur aut ne bonis viris ā eccłie dei
noceret ſicut tirāni. Sꝫ et ſi quis ex impacientia et
ira ſeipm iniurioſe pcutit peccat mortalit. Et ſi eſt
cleric9 eſt excōicat9. ſec9 ſi ex zelo deuotiōis vł ad
reprimēdas tēptatōes n̄ tn̄ ex hoc licꝫ abſcindere
mēbrꝝ aliqd qꝛ hoc faciendo peccaret mortalit et
eſſet irregularis. Et ſi clericus eſt excōicatus eſt.

Si occidiſſet vel vulneraſſʒ in loco ſac° eēt ſac̄legi
um et ecc̄ia violata. Si ꝑ violētiā etiā ſi eēt offici-
alis. malefactores ł debitores eduxit ď loco ſac° ł
fecit capē abſqʒ ſpāli mādato ſuꝑioꝝ peccauit
mortalit̄ Si fecit torneamtū ł fieri fecit vel aliud
ſpectaclm. ꝟ ſit piclm vite peccauit mortlr Si te-
ſtificat9 ē iiuſte ł falſe ꝯt aliquē qď ē mortle. Si
liberatōʒ alic9 ꝯdēnati īpediuit vł de morte eua-
dētē cepit ⁊ rduxit. Si neglexit a morte aliquem
liberare cū poſſet. Si iactū lapidis ł baliſte ⁊ h9
modi ꝯſuluit ł fecit ex q° mors ſecuta ē. Si ſuaſit
alicui ciuitatē ꝰ caſtra cape ꝰ alit guerrā facē. ⁊ i-
de mors ſecuta ē. Si venenū mlieri ꝑgnāti ł alte-
ri dedit. vł ſi viro ł mlieri obamorē aliq̄d ad man-
ducādū dedit ex q° mors ſecuta eſt Si tp̄e famis
ꝓximos ſuos occidit. eis victualia denegādo ⁊ occul
tādo cū hr̄et ſuꝑflua ł alio tp̄e poſitos i nccītate
extrema. Si detinuit p̄ciū pauꝑū ꝑſonaꝝ vidēdo
eas poſitas i extremo. Si duxit aliquē ad peccatū
mortale faciēdū ꝑ ſe ł ꝑ aliū ꝑ ſe ł ꝑ alio. Si ma-
lo exēplo aīas occidit v̄bis ſcʒ geſtib9 et vanitati
bus ⁊ hmōi.

## De vi. p̄cepto ſcʒ n̄ mechaberis. Ca. xviij.

Scias p̄mo ꝙ luxuria q̄ ꝯmit
ti᷑ ext m̄rimoniū ſp facit mor
tale pc̄m̄ i oīb9 ſpēb9 ſuis
q̄ hic oms ponūtur. ⁊ g° di
ſtincte oportet ꝯfiteri ⁊ itr-
rogari ſi ex ſe ꝯfitēs nō dicit
Nullo modo tn̄ de oīb9 his
eſt itrogāduʒ ne q̄s diſcat

peccatū qđ prius neſciuit. Sȝ ꝓut ꝯuenit pſonis
q̇ confitentur. Et cum habetur aliqua ſpecies ſpe-
cialiter tamē vltima non eſt ſemꝑ vltra deſcenden
dū ad oīs circumſtantias ꝑticulares nō neceſſa-
rias Et ideo caute et honeſto modo interrogandū
eſt đ hm̄oi peccato. Primo igitur ſi ꝯgnouit ſolu-
tus ſolutam qđ fornicacio dicitur ēt interrogandū
eſt ſi fuit meretrix vł ſerua ſua vel vidua et ſi eā
ad hoc induxit Si tenuit ꝯcubinam et quāto tēꝑe
qꝛ vltra fornicationeȝ eſt ibi ſcandalū ꝓximoꝝ qꝛ
publicam facit fornicationem. Si virginem đflo-
rauit extra mr̄imonium qđ dicitur ſtuprū ⁊ ſi ſedu
xit eam promittendo eam velle ducere in vxorē co
gendus eſt in foro ꝯſcientie vł ducere eam vł do-
tare ſi poteſt. Iniuriatus eſt etiam ꝑentibꝰ illiꝰ
in hoc ſi neſciuerunt. Si ꝯguouit vxorem alterius
vel ipſe vxoratus ꝯgnouit ſolutā qđ adulteriū di-
citur et eſt duplex adulteriū ſi vtqȝ ſit in mr̄imōio
legittimo conſtitutus. Si intulit violentiam alicui
quod dicitur raptus et ſi etiam contra voluntatē
parentum ſuorum hoc facit grauius peccat ſi fu-
erit talis rapta nupta vł virgo ł monialis adhuc
grauius. Si ꝯgnouit ꝯſanguineam ſuam vel vxo-
ris ſue vſqȝ ad quartum gradum ꝯſauguinitatis ł
affinitatis incluſiue qđ dicitur iceſtꝰ. Ideȝ de mu
liere q̄ ſimili modo ꝑmittit ſe ꝯgnoſci a ꝯſanguīeo
viri ſui. Idem ſi pr̄ cognouit filiam adoptiuā aut
filiā adoptiue filie aut vxorē vł filiā filij adoptiui
ā eċ ſi filiꝰ adoptiuꝰ ꝯgͦuit filiā naturalē ā vxorē
adoptātis q̄ oia faciūt iceſtū. Si ꝯgnouit filiaſtrā
ſuā ſciēt qꝛ tċ vlt iceſtū quē ꝯmiſit nō pōt āplius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a matre debitū petere. Si ꝯgnouit monialem vel hñtē ꝓfēſſiōem caſtitatis. ſcel⁹ opatus eſt et dici² ſacrilegiū. idē ſi mulier cū clerico in ſacris ordini bus ꝯſtituto vł religioſo ṗlato. ordiato et hmōi. Si ꝯgnouit ꝯmrēm. vel quā tenuit ad baptiſmum ſcʒ filiā ſuam ſpūalē et dicitur inceſtus vł ſacrile giū. idē de młiere cū ꝯpr̄e vł filio ſpirituali ⁊ h⁹- modi Si ſuſceptus ꝯgnouit filiam ſuſcipiētis vel vxorē eiuſdē etiā inceſtū ꝯmiſit. ſilr fit de ꝯfirma- tione. Si p ſemetipm vigilans volūtarie ſe polluit vł māib⁹ ꝓpis vł alijs modis. qd̄ dr̄ mollicies. Si maſcul⁹ opatus eſt turpitudinē cū maſculo. vł fe mina cū feīa. vł vir cū młiere ex̄ vas debitū qd̄ dr̄ ſodoiticū et ē ḡuiſſimū oīm. Si cū brutis opatus ē nephas et cū q̄b⁹ qd̄ dicitur beſtialitas Si dieb⁹ feſtiuis aliqd̄ hoꝝ opatus ē qꝛ magis ḡue Et ſm aliq°s hmōi circūſtantias nccē ē ꝯfiteri qꝛ mutāt ſpēm pcti qꝛ ſi in eccīa ł loco ſacro aliqd̄ hoꝝ ꝯmi ſit vltra hoc qd̄ fecit opatus eſt etiā ſacrilegiū et ob hoc grauius pctm̄. De peccatis q̄ ꝯmittū² in cō iugio et actibus inhoneſtis vel tactib⁹ et oſculis aut verbis et hmōi dicetur infra. c. de luxuria.

## De vij. p̄cepto vicʒ n̄ furtū facies Ca. xix



t primo de vſurpatōe rei ali ene q̄ in hoc ꝓhibetur p̄ce- pto. Nota qd̄ in omnib⁹ īfra ſcriptis ſpēb⁹ ē pctm̄ morta le et tenet² ad reſtitutōʒ ei a quo eſt recepta res ꝙ ſi il le non inuenitur vel ignora- tur paupibus erogetur. Et

nota ꝙ non ſolum qui accipit ſꝫ heredes etiã eiuſ̃ tenentur. ſi tamen ad eos de bonis illꝰ ꝑuentũ ſit Si abſtulit rem alienã occulte inuito dño nõ ſolũ ab extraneo ſed etiã filius a ꝑentibus vxor a viro ſeruꝰ a dño diſcipulus a mgr̃o. ſocius a ſocio. ꝯſanguineus a ꝯſanguineo qꝛ ſemꝑ furtum ē. Et ſi fuerit notabile aliqd̓ damnũ mortale eſt ⁊ tenetᷣ ad reſtitutōem. ſecus ſi q̂d minimũ vt fructꝰ et hmõi Si furatus ē oues agnos oua et pullos aut colũbas a fructꝰ agroꝝ. Si arando vel alias culcinãdo furatus eſt alienã terram q̇ꝛ tenetur ad reſtitutionē totius damni. Si furãti dedit ꝯſilium aut modũ furãdi a aliqd̓ auxiliũ qꝛ tenetur ĩ ſolidū ſi ꝓbabiliter crediᷣ ex ſuo ꝯſilio ⁊ hmõi dãnũ fuiſſe ſecutũ. Si vidit fieri furtũ et doloſe zelauit qꝛ tenetᷣ ad reſtitutōeꝫ. ſi ex officio habebat impedire Si interrogatꝰ de furto ei noto tacuit. qꝛ videtur manifeſtare. Si ſcienter emitt rē furatam. qꝛ tenetᷣ reſtituere. Si ꝯmedit aut bibit a ĩduit de rebꝰ furatis. qꝛ teneᷣ d̓ oĩbus que ſic ꝯſumpſit niſi egerit cauſaꝫ ſpoliatoꝝ monendo et inducēdo furē ꝉ raptorē ad debitam reſtitutōem. Si vxor ꝑ annuꝫ vixit de rebus q̄s vir eius furatus eſt. qꝛ pocius deberet viuere de elemoſinis. Si furatus ē aliq̇d vſurario vel alteri. vt inde faciat elemoſinam. pro anima illius quia non ſunt facienda mala vt veniant bona.

## De fraudulentia.

Si rē ſibi mutuatã retinuit fraudulēter ꝉ aliter rem alterius ad manus ſuas venientē nõ

reſtituit niſi ille de ſuo haberet tantūdem certitū
dinaliter ꝙ non vellet reſtituē. Si inuēta que non
habentur pro delicto non reſtituit ſed ad ſibi reti
nendū accepit. Sed inq̄ſitiōe facta ſi nō reperitur
debꝫ pauꝑibꝰ dare alias peccaret mortaliter. niſi
ipſi indigenti hoc daretur. De theſauris inuentis
multum ſtatur ↄſuetudini. Si re pignorata vſus ē
ad vſum ↄſumentē ad ſui vtilitatem ↄtra volunta-
tem dn̄i illius rei. q2 tenetur de ↄſumptis Idez ſi
ſua culpa alias quouiſmodo pignus deterioratum
eſt. Si re ↄmodata vſus eſt ad alium vſum ꝙ̄ fuit
ↄmodata. vł ſi re depoſita ſine licētia deponentis
vſus eſt. niſi p̄ſumat dn̄m rei eſſe ↄtentum q2 tene
tur de d̓terioratione illius rei. Si religioſus de re
bus monaſterij ſine licētia ſuꝑioris habita vł pre
ſumpta aliq̄d accepit. Idem ſi aliq̄d recepit vt re-
tinet occulte ꝓ ſe. qd̓ mortale eſt et ꝓpetariū. Si p̄
latus expendit in turpes vſus bona eccłie d̓puta-
ta ipſius reꝑationi vł pauꝑibus vł bona monaſte
rij. Si recepit a religioſis aliq̄d ſine cauſa rationa
bili. ſcꝫ ꝓ turpitudine vł ludi acq̄ſitione vł cau ſa
amicicie et ꝑentele ſine aliq̄ indigentia. q2 tenetꝰ
ad reſtitutionem. De fraudulentia etiā nota q̄ fit
in ſba rei vendendo vnā rē ꝓ alio vicꝫ ſi vinū lim-
phaticum ꝓ ꝑuro vendidit vel carnes pecudinas
ꝓ caſtratis aut cerā aut alia aromata non pura ſꝫ
mixta alijs rebus et hmōi. Et in q̄litate vt rē prauā
ꝓ bona vt pannum. ferrū. coreū. aromata. animalia
fructus et hmōi defectuoſa et ſi ea vendit ꝓ bōis
Vel in quātitate dando menſuras diminutas et pō
dera vt vndeci vncias ꝓ libra et hmōi. Similiter

in vlna non ꝑfecta. In his ſi notabiliter dāificat
ꝓximum peccat mortaliter et tenetur ad reſtituti
onē ſi parum nec plus intendēs venialiter ⁊ pau-
perib⁹ eroget. Si vēdidit rē aliquā ꝓ multo ma-
iori ꝑcio ꝙ valeat ſcđm ꝯmunē eſtimatōem illius
tpis aduertenter peccat mortaliter et tenetur ad
reſtitutionē ſi ꝓxim⁹ notabiliter leditur. ſecus ſi
parum. Idem ſi emat minori ꝑcio ꝙ valeat ⁊ hoc ſi
veniat ex ignorātia vł imperitia vēditoris. Si frau
dauit. iuſtas gabellas ⁊ pedagia quia ten² ꝯitati
reſtituere. etiam ſi multum vel parum fraudauit
Si etiam multum defraudauit mortaliter pecca
uit. Si emendo aut vendendo cauſa fraudis menti
tus eſt. qꝛ quotiēs hoc facit ſciēter tociens peccat
mortaliter ⁊ tene² ad reſtitutionē. Si ꝯuenit cum
mercatoribus vt ipſe ſolus venderet pre omnibus
quia illicitū pactum eſt. Si in ciuitate impetrauit
vt ipſi ſoli vendere liceat. quia ſcđm leges. debet
omni bono ſuo ſpoliari et ꝓpterea exilio dānari. Et
hec etiaꝫ pena incumbit concedentibus hmōi licē
ciam. Domini qui grauant ſubditos in collectis vel
exactionibus iniuſtis quia tenent² ad reſtitutionē
Qui diſcribuunt preſtantias ſcienter aliquē gra-
uātes ꝯtra debitum tenentur de damnis.

## De rapina.

QE rapuit rem alterius violenter. qꝛ mortale ē
et vltra h° tenetur ad reſtitutōꝫ. Si rē rap-
tam inique celauit qꝛ tenetur ad reſtitutōem ī ſoli
dū ſi ex h° īpedeita fuit reſtitutio. Si fuerit pira-
ta. id ē. ꝑdans ꝑ mare q°ſcūqꝫ ī dr̄nter qꝛ vlt̄ pec
catū ⁊ reſtitutōꝫ ē exꝯicat⁹ exꝯicatōe papali ſec⁹



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamen eſt de illiſ qui hoc faciu̅t cont̄ certos ali=
quos cum quibus habe̅t bellu̅. Si dep̄dauit romi=
pedas eu̅tes et redeu̅tes ad vrbem vel portanteſ
neceſſaria ad vſuz curie vltra peccatum excoi̅cat⁹
eſt excoi̅catione papali. Si in bello iniuſto dep̄da
tus eſt alique̅ vltra mortale peccatu̅ et reſtituto̅z
non debz abſolui niſi firmiter ꝓponat ⁊ ſe diſponat
amplius non intereſſe hm̄oi vel alio bello iniuſto.
Si in bello iuſto abſtulit aliquid ab amicis ſicut
qn̄qz faciu̅t ſtipendiarij vel etia̅ ſi abſtulit aliquid
ab eccleſijs inimicoꝝ quia tenetur ad reſtituto̅ez
Nota qđ omnes dantes conſiliu̅ ad aggrediendu̅
vel ſumendum aliqđ bellum iniuſtum ſine quorum
conſilio non fuiſſet factu̅ vel non poterat fieri te=
netur inſolidum de oi̅bus da̅nis i̅de ſecutis. Si p=
ticipauit i̅ crimine rapine vł furti vel alteri⁹ iniu=
ſte da̅nationis i̅ aliquo infra ſcriptoꝝ modoꝝ qui
in his continentur verſibus. Iuſſio conſilium con=
ſenſus palpo recurſus. Participans mut⁹ non ob
ſtans non manifeſtans. Tenetur inſolidu̅ de omni
da̅no inde ſecuto. quouſqz ille q̄ paſſus eſt ſit ſatiſ
factu̅. Itellige tn̄ iuſſione vł ꝯſilio ł ꝯſenſu coop=
ato̅is vł palpo. id e̅. adulato̅e vł recurſu. id e̅. rece
ptato̅e latronu̅ vel reꝝ ablataꝝ taliter ꝙ ſine h°
non fuiſſet facta rapina vł da̅nu̅ alias non tenere
tur niſi in quantum ꝑueniſſet ad eum de re rapta
vel de quanto damno feciſſet cuz ſuis vel quantu̅
pl⁹ fuiſſet factu̅ ꝓpter aliqđ p̄dictoꝝ ab eo facto=
rum. Quantu̅ ad ſcđm verſum nota ꝙ no̅ obſta̅s n̄
manifeſtans et mut⁹ tenetur qn̄ eſt officiał et p̄t
i̅pedire da̅nu̅. et non facit. alias em̄ etia̅ non tene

Quantū vero ad ꝑticipatõꝫ. Iſtud pt̄ fieri multi-
pliciter vno° ꝓcurãdo cū alijs ad rapiēdū. et tūc
tenetur ad illud qd̓ recepit ꝟł dãnificauit. ſi tñ non
fuit ĩ cauſa ꝑ̄ncipali vł q̄ſi. Secūdo modo recipiē-
do ꝑ viā domĩ d̓ rapina et d̓ illo tenet². Tercio per
ↄſumptõeꝫ rapĩe ĩ victu ꝛ veſtitu et h̄mõi ſic̄ fa
mul⁹ raptoris. et vſurari⁹ q̄ oĩa hꝫ de rapina ꝛ vſu
ra et tenetur de illo qd̓ ↄſumit. Quid aūt tał d̓be
at facē vide ĩ ſumma. Quarto modo ꝑ dotatõꝫ vt
videlicet marit⁹ q̄ ſciebat ſocerū ſuū non h̄re niſi
bona rapta vł de vſura. qꝛ ñ pt̄ recipe dotē ab illo
Si recepit. tenetur ad reſtitutõꝫ. Filia aūt cū re-
manet vidua tenetur reſtituē dotem. qꝛ de alieno
eſt. Si v̄o neſciebat marit⁹ ſocerū ſuū eſſe talē tūc
eſt diuerſa oꝑĩnio doc̄t. vtrū poſſet tenere marit⁹
ſi filia vidua tenet². Quĩto ꝑ̄t emptõꝫ rei rapte ꝟł
furate. et ſi ſcienter hoc fecerit ob ſui vtilitatē vł
tra mortale pc̄m̄ tenet² reſtituē ſi ĩuenire poterit
dñm rei ſi v̄o ñ ĩuenire poterit paupib⁹ erogabit.
vel preciū eius etiā ſi iā ↄſumpſit. Si ignorãter
ſiue ignorantia iuris ſiue facti a peccato poteſt ex
cuſari quando tñ ſcit tenetur reſtituere ſi non dū
diſtraxit etiam precio petito a dño rei. Sed repe-
tat a venditore ſi poteſt. Idē de oĩb⁹ q̄ ſucceſſiue
emerent h̄mõi rem niſi prius diſtraxerĩt illam qꝛ
ſi bona fide exiſtens diſtraxerit vendendo nõ te-
netur ipſe ſed emens. de his vide pleni⁹ ĩ ſumma
ſc̄dã ꝑte ti. Interrogãdum eſt ergo de p̄dictis no
uē modis dictoꝝ verſuū ſingulariter. Et primo ſi
iuſſit fieri rapinā aut ſi eius noĩe facta eſt mortali
ter peccauit ꝛ tenetur ĩ ſolidū ſi aliꝰ q̄ ex ei⁹ mã-

dato fcā n̄ fuiſſꝫ aliaſ tene² ꝓ q̄nto vt ſ̄ Si rapto
ri ꝯſiliū dedit ad rapiēdū q2 tene² inſolidum ſi ex
ſuo ꝯſilio factū ſit. Si ꝯſenſit rapine coopando te=
netur ſimiliter inſolidū eodē modo. Si adulatus ē
raptori quaſi ſtrenuo et benefaciēti tenet² inſolidū
ſi ex hoc dānū ſecutū ē. Si raptorē vel rem raptaꝫ
receptauit vel inīq̄ celauit quia tenetur inſolidum
ſi ex hoc dānū ſecutum eſt vel ipedita fuit reſtitu
cio. Si vidit rapinnā fieri et non obſtetit cū poſſꝫ
vel ſi celauit et non manifeſtauit quia ſi officialis
erat tenetur ad reſtitutōꝫ alias non. Si ꝓcurauit
cum aliis ad rapiendū quia tenetur inſolidū ſi ex
eius ſequela vel fauore raptores hoc fecerunt ſi
autem ſine ipſo feciſſent tenetur de q̄nto puenit
ad eum. vel de eo qd̕ ipſe dānificauit. Si recepit
ꝑ viam dōi de rapina q2 ad illud tenetur qd̕ reci
pit. Si in victu et veſtitu ꝯſumpſit de rebus rapi=
ne quia tenetur ad illud qd̕ ꝯſumpſit niſi talia re=
ciperet in agēdo cauſam ſpoliatoꝝ monēdo et īdu
cendo raptorē ⁊c̄. Si dotē recepit a raptore ꝟ vſu=
rario quia tenetur vt. ſ̄. declaratum eſt. Si ſcienſ
emit de rebus raptis vꝉ furatis quia reſtituere te
netur. Si autem ignorāter non tenet² niſi ad ſuaꝫ
noticiā puenerit ꝙ res rapta fuit vt ſ̄. Si quis im
pediuit alios in iuſte a ꝯſecutōe alic⁹ bn̄ficij ꝟ offi
cij eccꝉiaſtici vel ſecularis vbi iā erat acq̄ſituꝫ ius
tenetur ad reſtitutōꝫ talꝭ dāni. Si autē nōdū erat
ſibi ius acq̄ſitū ſed erat in via vt acq̄reret² tenet²
ad arbitriū bōi viri quātū p̄t illud dānum in illo
dubio eſtimari Similiter qui iniuſte deicit ab ob=
tento vꝉ ꝓcurat alios reici. Sec⁹ autē cū iuſte ꝓ=

cedit. Qui infert dãnum qđ in ſpē reſtitui non pt
vt mutilatio mēbri vel ſimile vt manū amputando
cum qua ille ſe nutriendo ſcribebat. vel v̄gınitatē
puelle auferendo precipue p violentiam vel ſedu
ctionē vel etiā mortē alicui inferendo qui ſuo labo
re ſe et ſuā familiam nutriebat aut ſcienter dando
vel vendendo equum claudicantem vel alias no:
ciuum aut etiā aliud animal ad vecturam vł alium
vſum et non emptori indicādo illud nocumentum
vnde ſibi poſtea aliud ſequitur damnū ⁊ hmōi ad
arbitrium boni viri. Si mulier ſuppoſuit ſibi ptuz
alienum vel ɔcepit p adulterium neſciēte viro te:
netur viro de oībus expenſis factis filio putatiuo
et ɔſanguineis. id ē. filijs ł alijſ heredib9 p his q̄
peruenerunt ad eum non tamē tenetur illa muli:
er manifeſtare factum cum periculo vite ſue. Sed
quid agendum ſit vide in ſecunda parte Sūme. ti.
Si fuerit officialis alicui9 ɔmūitatis vł ciuitatis
aut dñi. puta camerarius. theſaurari9 aut notari9
vel ſimilis vł aliud officiū habens p quo ē ſuffici
enter ſallariat9 nec ɔtentus illo ſallario a pſonis
in q̄b9 ſuū exeq̄tur officium exigit ł extorquet ali
qđ vltra ſuū ſallariū p̄fatuz nec puto q excuſet eū
conſuetudo ſicut nec rapina ppterea eīm ſtatuunt[r]
ſallaria ne talis vltra hec aliquid petat vnde et
peccat talis et debet pauperibus erogare qđ di:
co quia difficile eſt ſemper illud reddere illis a q̄
bus recepit maxīe cū modicū fuerit ⁊ pſona iuenī
re nō p̄t vnde illud receptū eſt vł neſcitur. Si cū
pecunijs q̄s habet ɔmūitas in depoſito negociat[r]
et ſi qđ cū eis lucret[r] p ɔtract9 vſurarios tenetur

reſtituere ei a quo accepit. Si p̄ ꝯtractū licitum videtur teneri ſaltē ꝓ p̄te ꝯitati vl̄ paupib⁹ erogare p̄tem Si vſurpauit ſibi bona ꝯitatis aut iura ꝓcuratōis. aduocatōis ⁊ hmōi q̄ꝛ vltra mortale tenetur reſtituere. Si rapuit aut ꝑ ſe impetrauit aliq̄ bona ciuium ſpoliatoꝝ vl̄ expulſoꝝ. quia tenetur ad reſtitutionē. Si q̄s ingreſſurum in religionē bonam et app̄batam educit vel p̄ violentiam vel perſuaſionem vſtra peccatū mortale ꝯmiſſum ⁊ excōicationem cum infert. violentiam pſone. tenet² illū vel alium reinducere ad religionem in ſatiſfactōe ꝫ vel tenetur ipſe ingredi ſi non habet impedimentum de pe. et re. de eo. Qui autem eum qui intēdit ingredi aliquam religionē. a ſuo bono ꝓpoſito reuocat etiam ſi non dum ingreſſus fuerat eodem modo videtur peccare et puniri debere.

## De furto rerū ſacraꝝ q̄d ſacrilegiū dr̄.

Si impoſuit vl̄ dedit ſup̄ hoc ꝯſilium vt imponerent² clericis vl̄ pſonis eccīaſticis collecte vel exactiōes n̄ hita licēti a romano pontifice. Si ſecutus ē effect⁹ vltra mortale et obligationē ad reſtitutōꝫ niſi deſiſtat p⁹ amonitōem eſt excomunicat⁹. Si fecit vel fieri fecit aut deſup̄ cōſuluit ſtatuta ꝯtra eccīaꝝ libertatem vltra mortale tenetur de damnis et eſt excōicatus ip̄e et ſcriptores ⁊ iudicantes Ca tñ vide plem⁹ s̄. i. j. p̄te. Si accepit patronatū de nouo alic⁹ vacātis eccīe l̄ monaſterij vl̄ locoꝝ pioꝝ vl̄ bona ipoꝝ locoꝝ vacātiū de h° vide. s̄. i. j. p̄te. Si vſurpauit bona hoſpitaliū. vel alioꝝ pioꝝ locoꝝ aut bona r̄ligioſoꝝ aut paupꝫ

uit quem nouit excōicatum maiori excōicatione a
peccatis quia non potuit et ergo mortale. Si ab=
ſoluit eum qui non vult abſtinere a peccatis mor=
talibus vel non ſatiſfacere vt debet quia mortale
eſt. Si reuelauit peccatum auditum in confeſſione
et maxime cognoſcenti illum ſine licentia illius
quia mortale eſt. Si nimis feſtinauit in audiendo
non ſufficienter interrogando. Si in perplexis ca=
ſibus expertiores ſe non ꝯſuluit. Si incautus fuit
in iniungendis penitentijs videlicꝫ ſi nimis ꝑuas

vel nimis mãgnas dedit. Si interrogauit de his de quibus non debuit. vt nomen pſone cum qua peccauit ſine cauſa neceſſaria. vel incaute ꝺ turpibus. Si predicauit in peccato mortali exiſtens qꝛ totiens quotiens hoc faciẽdo peccauit mortaliter ſm Tho. Si predicauit aduertẽter mendacia quia mortale eſt ſm. Tho. ¶ Si predicauit ſcandaloſa vnde comcidant ſediciones in populo. ¶ Si predicauit indulgentias indiſcretas Si predicauit ꝓpt peccuniam ſibi promiſſam vel datam quia mortale eſt et ſymonia. Si predicauit ꝓpter inanem gloriã conſtituendo finem quia mortale eſt. Si predicauit ſine licentia ſuperioris. Si dicit nimis curioſe allegando poetas et philoſophos frequenter. Si dicit fabuloſa et prouocãtia ad riſum. Si ab hmõi ſe non abſtraxit cum potuit ſed magis ſe immerſit peccauit mortaliter. Si nimis familiaris eſt in cõuerſando cum mulieribus. viſitando eas ſine cauſa aut neceſſitate ꝓpter qꝺ multi ſcandalizantur et ipſe nouit quia poſſet eſſe mortale Si viſitauit monaſteria monialium ſine legittima cauſa vt ex qua cauſa hoc fecit interroga ꝛ ſcꝺm hoc iudica Si cognouit carnaliter illam quã in confeſſione audiuit vel baptiſauit vel confirmauit aut ꝯmatrem ſuaꝫ vel ſimilem quia grauiſſimum ſcelus eſt et caſus reſeruatus epis. De alijs inhoneſtatibus interroga prout videbitur expedire. Si veſtes ſacras. calices et alia pertinentia ad cultum diuinum nõ cõſeruauit mũda et decenter aptata. Item ſi benedictionem menſe et gratiarum actionem non dixit. quia dicere tenetur. xliiij. ꝺ i. non licet. Si nõ fuit

modeſtus in aſpectu reſpiciendo frequenter hinc
inde mulieres vel vana que multum ſcandaliſant
perſonas. Similiter in inceſſu auditu et hmôi. Si
non obediuit mandatis iuſtis prelatorum ſuorum
et ſententijs eorum. quia ſi contemſit ea mortale
eſt ¶ De alijs peccatis ſingulis interroga prout
habes ſupra.

## ¶ Circa bñficiatos et canõicos. Ca. xliij.

SI beneficiuȝ ſimplex aut cu
ratum optinet per ſymoniã
cuius ipſe fuit conſcius. qr
non poteſt niſi per papam
diſpenſari. ꝙ illud retineat
Si autem eo ignorante poſ
ſet etiã per alium diſpenſa-
ri non tamen per eum cum
quo eſt commiſſa. ¶ Siue tamen ſciat ſiue igno-
ret ſymoniam commiſiſſe oportet renunciare il-
li beneficio. ſi non ſecum diſpenſatur quia alias
furtiue teneret ymmo continue ſtaret in mortali
poſtꝙ hoc ſciuit. nec fructus illius beneficij ha-
bere poſſet ſed teneretur reſtituẽ de ductis expẽ-
ſis in vtilitatẽ bñficij. Et hoc maxime de ſymonia
p munꝰ a manu. Si autem ſymonia eſt notoria ſu-
ſpenſus eſt quo ad executionem ordinum. Sed di
ſpenſari poteſt per epm ſi cum eo non eſt cõmiſſa
ſymonia. Si eſt occulta eſt ſuſpenſus quo ad ſe qr
ſine mortali non exequitur dum tamen tenet tale
beneficium alias eſt ſuſpenſus quo ad ordines.
Si recepit bñficiũ ſimplex vel curatũ per preces

carnales.id ē.ꝓ in digno porrectas cū eſſet male
vite et hmōi vł ꝑ obſequiū tpale factū collatori
ipſius beneficij.q2 peccauit mortaliter. Si bn̄fi-
ciū curatū ꝑ p̄ces ſuas recepit.et ſi alias dignuſ
fuit vel ſit q2 tales p̄ces eſtimāt᷑ ꝓ ſimplici licet
porrigē p̄ces ꝑ ſe ſi alias ē dign9 tn̄ n̄ tenet᷑ renū
ciare. Pro bn̄ficio aūt ꝯmiſit ſymoniā.vn̄ et morta
le.hec Tho.forte indigno tāꝙ ābicioſo ꝛ p̄ſumtu-
oſo q2 ł etiā ꝓ bn̄ficio in generali intendēs ad ſui
ſuſtentationem non ad curam.nec magiſ curatum
petēſ ꝙ aliud. Si querit vel habet beneficiuꝫ
non intendens clericari ſed vxorari.et īterim gau
dere de fructibus beneficij.videtur vſurpatio re-
rum eccleſiaſticarum et econtra intentionem dotā
tium eccleſias et ideo graue peccatum. Si non
fuit electus a patronis vel collegio et confirmat9
per ſuperiorem ad quem ſpectat ſiue per Epiſco-
pum inſtitutus ſed de mādato domini temporalis
vel per potentiam accepit.Et dicitur intruſus q2
fur eſt et latro.nec poteſt aliquid diſponere de tē
poralibus vel ſpiritualibus. vnde nec abſoluere
nec ſacramenta miniſtrare poteſt parochianis ta-
lis eccleſie.ſed in quolibet actu huiuſmodi peccat
mortaliter. Si reſignauit alicui beneficium quod
habet eo pacto ꝙ detur conſanguineo . vel ꝓpter
peccuniam ſibi datam quia ſymonia eſt et mortale
in vtroqꝫ nec poteſt ille retinere tale beneficium
ſic ſibi collatum. Si fecit commutationeꝫ ſui bene
ficij vel eccleſie cum beneficio alterius vel eccle
ſia ꝯuemēdo iter ſe abſqꝫ iudicio ſupiorꝫ ad quos
ſpectat collacio bn̄ficiorꝫ.quia ſymonia reputatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De hoc et de alijs ſymonijs vide plenꝰ in ſumma iij.pte.t.j. Si recepit beneficiū exiſtens illegittimus abſqꝫ diſpenſatiōe.quia ɔtra iura recepit vñ hoc tenere non poteſt.poteſt tamen in hoc diſpēſare de ſimplici beneficio epiſcopus.de curato āt vel dignitate ſolus papa. Si fuit electus per ſymoniam quia non valet electio vel ſi ipſe eligit ꝑ ſymoniam aliquē.vel ad epiſcopatum vel canonicatum vel aliam eccleſiam.vt clerici collegiataruꝫ eccleſiarum faciunt. vel ſi eligit alias indignum ad prelaturam vt ignorantem vel publice maluꝫ ex amicicia et huiuſmodi quia mortale eſt et grauiſſimum et omnia mala que ſequuntur ex hoc ei imputantur. Si male tractauit beneficium vel eccleſiam ſuam et edificia eius ruere. vel poſſeſſiones inculcinari et alias res eiꝰ perire permittēs quia mortaliter peccat et tenetur ad ſatiſfaciendū ſi tamen omittit notabilem negligentiam ꝛ ſit notabile damnum. Si fructus beneficij non bene expendit videlicet vltra ſuſtentationem ſuam ſubueniendo cum ipſis pauperibus. Si dilapidauit fructus beneficij ſui in conuiuijſ turpibus vl̄ dedit nō indigentibꝰ cōſanguineis ſuis quia mortale eſt. Secus ſi cōſanguinei indigerent quia ita bene faceret elemoſinam ipſis dando ſicut alijs pauperibus. Si plura beneficia habentia curam tenet adſqꝫ diſpenſatione quia fur ē et latro. Nā hñs vnū beneficiū cū cura ſi recipit ſecundum eo facto vaccat primū ipſo iure.extra de preben. de multa. et hoc poſtꝙ habuit poſſeſſionem pacificā ſecundi.vel habere potuit et fructus eius ꝑcipit

alias enim non vaccaret primū ex̄ de preben. ſicut li. vj. Si habens prebendā habentem dignitatem et ſine cura animaꝝ ſi recipit ſecundam ſimilem vaccat prima extra de prebē. de multa. Et in iſto caſu et in priori tenetur ad reſtitutionē fructuum ſi receperit. Si habens beneficium vnū violenter occupat ſecundum. vel per ſe ſcienter intruditur ſimiliter primum perdit. et ſi qđ ius habeat in ſecundo etiam perdit et vaccat illud ſecundū vt ex̄ de prebē. eum qui li. vj. Item non poteſt habere quis dignitatem cum prebenda abſqȝ diſpenſatione pape. Item quicunqȝ recipit dignitatē vł ꝑſonatum aut officium vel beneficiū cui cura animarū ē ānexa. Si añ obtineat ſiłe cū ſit priuatus primo vt dictū ē. Si nō dimittit illud primū abſqȝ mora in manꝰ ordiarij in cuiꝰ ep̄atu ē. ipſo iure ē priuatus etiā ſcđo et eſt inabilis ad ſacros ordines. et ad qđcūqȝ aliud beneficium ꝑ ex̄uaganti. Io. xxij. Item abſqȝ diſpenſatōe non poteſt quis tenere plures ecclias vł p̄bēdas que tñ habent curā animaꝝ niſi in quinqȝ caſibꝰ. Primꝰ qñ ſunt ita tenues ecclie ꝙ neutra eaꝝ ſufficeret ad ſuſtētationem. Secūdꝰ ſi vna depēdet ab altera. Tercius ꝓpt̄ taritatem clericoꝝ. Quartꝰ ſi etiā ē ānexa p̄bē de ł digtati. Quintꝰ ſi vnā habet intitulatā ⁊ aliā ꝯmendatā. Sed tał ꝯmenda đ ꝓchiali ecclia ñ poteſt fieri niſi illi qui attigerit. xxv. annū ⁊ fuerit ſacerdos. et tali non pōt ꝯmitti niſi vna ex euidēti neceſſitate vł vtilitate. que tamē ꝯmendatio nō durabit niſi ꝑ ſex menſes. vt ex̄ de electō. . mo. li. vj. Si habet plures eccleſias vel prebēdas habē

tes curā aīaꝝ absq; diſpēſatōe pape. fur eſt et la
tro ꝛ ꝯmue ī mortali nec epī pōt diſpēſari ī hmōi
Siſr ē ſi habet p diſpēſatōez pape. ſed ſurreptīe
puta quia petendo vnū tacuit de alio qđ hēbat ꝉ
q2 ſe dicit hīe etatē cū ñ hīet et hmōi. Idē etiā iu
dicīū ē ſi p diſpēſatōem epī hab; pluta ſed ſimpli
cia. ſ; ad ſupfluitatē. vꝉ etiā p diſpēſatō; pape ſī
plicia vel curata cū vnū ſibi ſufficeret. Si fuit nī-
mis facilis diſpēſando ī ieiunijs ecclīe. Si ele-
moſinas extorſit a ſubditis ad quas non tenebāt
Si qſtores mēdacia pmiſit dicē ī ecclīa ſua. ꝛ qđ
peius ē ſi pactū fecit cū eis de quota. Si ſecūdas
nuptias benedixit ſcienter. Si pmiſit chriſtianas
nutrices ſeruire ī domib9 iudeoꝝ. Si ſortilegos
et diuinatores ſuſtinuit ī parrochia ſua. Si pmi-
ſit ludos ꝉ malaſ ꝯſuetudīes īualeſcē ī parrochia
ſua non obuiādo illis quantū potuit. Itē ſi clerici
manifeſtis vſurarijs alienigenis aut alijſ nō ori-
undis de terris ipſoꝝ ad fen9 exercendū domos
locauerint vel alio titulo ꝯceſſerint ipſo facto ſunt
excōmuicati niſi ſint epī vt ĕ ex đ vſurarijs. vſura-
li. vj. Itē clerici ſc; archidiacōi. decani. plebāi. p-
poſiti. cantores et alij clerici pſonaꝝ habentes ac
etiā ſacerdotes qui audiūt ī ſcolis leges ꝛ phicā
poſt duos menſes. ſi non dimittunt hmōi lectioneſ
ſunt excōicati ex ne. cle. ꝉ mo. ſe ſe. immiſ. ne. c. ſup
ſpecula. De hoc vide plenius ī. iiij. pte ſumme. t.
j. Itē clerici qui īducunt aliquem ad vouendum
vꝉ iurādū vel fide īterpoſita ſeu alias pmittēdū
vt ſepulturas apud eos eligāt. ꝛ iā electā ñ īmmu
tēt ſt excōicati nec pñt abſolui citra ſedē aplicam

niſi in articulo mortis ex̄ de pe. cupiētes. Itē d̓ re-
ligioſis vt infra. Si ſpōte ꝑticipauerit cū excōica-
tis a papa. Itē clerici q̄ ſciēter excōicatos a papa
i offitijs eoꝝ receperint ſunt excōicati ꝛ abſolutō
illoꝝ ſolū ad papam ſpectat ex̄ de ſen. exco. Sig-
ficauit. de hoc etiā vide in iiij. ꝑte ſumme. t. j. Itē
falſantes litteras pape vł falſis ſciēter vtētes. eti-
am remouētes ſolū vnā litterā d̓ bullis pape ſunt
excōicati. et abſolutio eoꝝ pape reſuat'. Itē cleri
ci ſepelientes in eccleſijs vł cimiterijs excōicatos
a iure vel vſurarios manifeſtos. vel nominatim int-
dictos tempore interdicti in caſibus non conceſſis
ſunt excommunicati. ex̄ de ſepulturis. c. j. i cle. de
hoc etiam vide ī quarta ꝑte ſumme. t. i. ſepeliētes
etiam illos qui ſe occiderunt volūtarie vel qui in
torneamētis mortui ſunt in cimiterijs peccant mor
taliter. ſed non ſunt excōicati.

## Circa religioſos et religioſas. Ca. xliiij.

Circa religioſos ſi ſunt ordi-
nati iterrogare potes d̓ his
de qb⁹ ē dictū ē de clericis
in cōmūi ꝑut videbit' expedi
re. Si vero ſunt bñficiati et
in ecc̄ijs curatis interroga d̓
his q̄ habes in. c. ꝓcedenti.
Sed vlt̄ ꝓdicta etiā d̓ infra
ſcriptis q̄ ſunt eoꝝ ꝓpa iterroges ꝛ primo Si fuit
receptꝰ ad monaſteriū ꝑ ſymoniā qꝛ mortale. Si
fuit ſymonia mētał tm̄ penitētia abolet'. Si autē
peccuniał ſcꝫ qꝛ monaſteriū exegit tm̄ vł tm̄ pro in

greſſu illius nolens aliter eum recipere ꝛ ipſi vel pētes aut ꝓpinqui eius tm̄ dederunt·vel etiam mi nuſ ſm pactum Niſi forte monaſteriū eſſet tenue et haberet pſonas ſufficientes ſecundū faculta- tes et redditos ſuos vel eſſet adeo tenue ꝙ eſſet illi neceſſe ꝓuidere·nā tūc in igreſſu illius licet petē et paciſci de tpalibus de quib9 debeat viue- re vel dicere illi·Partes fer tecum ſi tu vis viuē mecū·ſm hoſti·ꝛ aliquoſ alios Si āt monaſteriū ē pingue et ſatis habūdans·tūc vltra peccatuꝫ ſic vt prefert² ꝯmiſſum·recipiēs et recept9 vł recepta debent expelli de illo monaſterio vt ex̄ de ſymo· qm̄·Poteſt tamē eps in hoc diſpenſare ſcꝫ vt non expellantur de monaſterio·hec Ray·et gułł· Pre cipue talis ſymonia ſolet reperiri in monialib9 mo dernis vbiqꝫ terrarum·Si ingreſſus eſt religionē non pura intentione ſcilicet ſeruiendi deo ſed alia cauſa ſcꝫ non laborandi vel ſi monialis quia nō po terat nubere·vel quia pentes poſuerunt ipſaꝫ ea inuita·licet enim malefecerit·poteſt et debet mu tare intentionē ſuā ſcꝫ vt ibi velit manere ad ſui- endum deo·et ſic erit in bono ſtatu·alias ſm ſuum ſtatū·quia nō videtur tut9 ſm ꝯſciētiam ſuā quia magis diſſipatio eſt ꝙ̄ diſpēſatio·Si recipit eccle ſiam prochialē a quocūqꝫ cū nō attigiſſet·xxv· an num abſqꝫ diſpēſatōe pape ſup etatis defectu· qꝛ nulla eſt ꝯceſſio·et nullū ius ibi habet ex̄·đ elec· licet canon·li·vj· Item ſi infra annū ꝯputandum a die aſſumpti vł aſſignati ſibi regiminis eccleſie nō facit ſe ad ſacerdociū ꝓmoueri· quia ipſo iure eſt priuatus ex̄·e·t·ij·c·quo ẟ·Iſtud tamē non ex



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tenditur ad ecclias collegiatas et non habẽtes
curam nec ad aſſumptos ad illaꝝ regimẽ vt ex̃.ď
elec.ſtatu.li.vj.Poſſunt tñ etiam epi diſpẽſare cũ
his q̃ habent eccleſias ꝓchiales vt vſq3 ad ſep-
tenniũ litteraꝝ ſtudio inſiſtentes ꝓmoueri non te
neant' niſi ad ordinẽ ſubdiaconatus quẽ tñ niſi in-
fra annũ ſuſcipiãt ſunt ipo facto priuati tali bene
ficio. Et in dicto tpe ill' eccleſijs ꝓuideat' vt ex̃
de elec.po.cũ ex eo.li.vj.Si hñs qdcũq3 benefi-
ciũ ſimplex et quãtũ ꝓuũ non dixit horas canoni-
cas omni die q2 peccauit mortaliter ſi obmiſit ex
negligentia craſſa etiã ſi nõ ſit in ſacris ordinibus
cõſtitutus. Secus ſi ex infirmitate obmiſit. Item
tenetur reſidere ꝑſonaliter in reſideñ. bñficij ui
niſi ex cauſa notabili et rationabili eps diſpẽſaret
ſecũ ad tẽpus. Si canõicus vl' alius clericus rece
pit cottidianas retributões que dant' intereſſen
tibus horis cum non interfuit q2 furtũ ꝯmittit et
tenetur ad reſtitutõez. Si cũ non poſſet ꝑ ſe curã
eccleſie exercere.non poſuit ibi loco ſui ydoneum
qui bñ officiaret ſ3 malũ ã ignorãtẽ q̃ exẽplo ſuo
ſcãdaliſabat ſ'bditos vt q2 fuit notori9 fornicator
vl' luſor et hmõi.vl' q̃ neſcit debite miſtrare ſacra
mẽta ꝛ ꝯfeſſiões audire q2 peccat mortaliter qui-
imo oĩa mala que ſequũtur ei iputant'.ꝙ ſi ñ põt
inuenire ydoneũ ꝑ ſe exerceat.vl' ſi nõ põt aliter
ꝓuidere.renũciet bñficio. Itẽ nõ licet p̃latis ſub
ꝑcio l' ãnuo cẽſu ꝯcedẽ vices ſuas ſeu iuriſdictõ3
q2 ſpũale ẽ ex̃ ď p̃la.vi.ſu.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.iij.puta vt ſi
dicẽt. Cõcedo vt exerceas vices meas l' talẽ iuriſ
dictõem et totũ lucrũ ſit tuũ. ſed tu dabis michi

tm̄ qd illicitū eſt. ſed ↄmittendo vices ſuas putē
licȝ ↄſtituē ei ſallariū. ij. q. ij. caritatis. Puta di-
cēdo dabo tibi tm̄ ꝓ ſallario tuo et totuȝ lucrū ſit
meū. hec Inno. Itē ſi alienauit res eccl'iaſticas vt
mobilia ſunt calices oꝛnamenta et hm̄oi aut immo
bilia vt ſunt poſſeſſiones agri et hm̄oi et hoc ſine
neceſſitate vel maioꝛi vtilitate vel nō ſeruata foꝛ-
ma iuris et hm̄oi quia grauiter peccauit. Item de
exercicio cure animarum interroges quomodo ſci-
licet ſe habuit in audientia confeſſionum in collati
one alioꝛum ſacramentoꝛum. et viſitatione infirmo
rum ⁊ huiuſmodi ⁊ p̄cipue ſi vnq̄ꝫ defecerunt eis
ſacꝛamenta cum expediebat. Quomodo etiam ſe
habuerunt in āmonitione ſubditoꝛum. in coꝛrectio
ne vicioꝛum pꝛecipue quo ad notoꝛioſ peccatoꝛes
vt concubinarios habentes inimicicias. vel vſura-
rios et hm̄oi non confitentes ānuatim. et non ↄfi-
tentes ſi āmonuit quantum potuit ſiḡficādo ep̄o
cum ꝑ ſe eos ad hoc non potuit inducere et hm̄oi
nā oues ex negligentia ꝑdite ab eo requirentur.
De quibus ⁊ ſupꝛadictis ⁊ alijs hm̄oi habes ſatis
in. iij. ꝑte ſumme. t. j. Si alienos pꝛochianos audi
uit in confeſſione. non habens auctoꝛitatem ſpeci-
alem ipſe vel confitens. quia nō poteſt illos abſol
uere. Item ſi emit aliquas res immobiles de fru
ctibus eccleſie que debent remanē. vn̄ ſi emit noīe
alteri⁹ vt ſic poſſit dare ł legare cui vellet fraus
ē ⁊ furtū et tenet᷑ ad reſtitutōȝ. Itē ſi indulgētias
ꝑ ſe dedit cū nō poſſit. vel plures dixit habere in
eccleſia ſua q̄ꝫ haberet ⁊ hoc obqueſtum. quia moꝛ
tale eſt. ¶ Si reliquias nouas exhibuit populo

venerandas non ab eccl̅ia app̅batas Si nimis fuit
facilis ad diſpenſandū in mortali. Sed ſi intrauit
monaſterium diſſolutū nō viuētiū regulariter que
rat ſibi mutare locū cum diſpenſatōe ſi ea indigz
Si autē nō poteſt illud facere maneat et nō ſeq̅t᷑
turbā. id eſt. alios nō obſuātes regulaz et ſeruet
ipſe vel ipſa regulam ſuam ſm ordinem ſuum.
Si tñ induci pt̅ q̅ mutet locū meli⁹ ē p̅ eo vel ea
Si ingrediens monaſteriū tacuit īpedimēta q̄ ha
buit ad hoc ſciēter. puta erat ſuus ꝉ hēbat occul
tam īfirmitatē. aut fuit alteri⁹ religiōis p̅feſſus
aut ꝯiugatus aut debitor in multis et hmōi. quia
peccauit mortaliter. p̄cipue ſi ſciebat talē ñ poſſe
recipi. vel interrogatus de his mēdaciū dixit. Et
poteſt ⁊ debet de monaſterio expelli ſi aliter pro
uideri non poteſt. Si habebat votū artioris reli-
gionis q2 querere debet prius diſpenſationē ſi in
trare vult aliam minus ſtrictā dum tñ fuerit obſ-
uantia in illa. vel poteſt ire ad aliā equalē ꝉ maio-
rem ſine diſpenſatōe pape De mēdicanti tñ ordīe
vno ad aliū mēdicantē ꝉ d̓ m̄dicāte ad mōchalē ñ
pt̅ ſñ diſpēſatōe p̄pe ñ ſolū ad catthuſiā. ſi īduxit
aliquē ad r̄ligiōz p̅ ſymoniā ꝉ p̅ fraudes puta aſſe
rendo ibi bene ſuari omnia qd̓ tamē non fit vꝉ di-
cendo ſe ad nihil vel modicū obligari. reticēdo au
ſteritatē religionis. quam alter non intēdit ſuare
et hmōi q2 peccat mortaliter. Illos etiā qui volen
tes ingredi ad locum religioſoꝝ bene viuentium
auertunt ⁊ trahunt eū ad ſe. vt aquā alterius ad
ſuum molendinum infamantes alios et crimina eiſ
imponētes. ac occupatōes illoruz iutiles aſſerētes

ſuas bonaſ et in tertium celum ſe extollentes. vt ſic talem attrahant ad monaſterium eorum certū eſt non euadere damnationem eternam. niſi acriter penituerint. quia contra caritatez contra iuſticiam et contra ſacrā ſcripturā faciunt.

## Quo ad votum paupertatis.

Si in religione exiſtēs ſeruauit votum paupertatis nihil ꝓpriū retinēs. vl retinere deliberās qꝛ ſi habuit ꝓprium quantūcunqz paruum eſt peccauit mortaliter et tociēs quociens habere ꝓponit Dicitur autem ꝓprium qd celatur ſuperiori ſuo. vt ſi habeat et teneat pecuniam vel veſtem neſciente prelato ſuo. vel ſi ſciat tamen contra voluntatē et licentiā ipius. vel ſi de licētia et volūtate eius non tamen patus eſt ſibi reddē et tradere ad petitionē eius ſꝫ recuſat aut recuſaret ſi poſſet de facto. Et multo peius ſi non ſolum mobilia ſed etiaz inmobilia vt redditus et poſſeſſiones retineat ſicut propria. dans et vendens ac donans ac diſſipans et diſperdens ad placitum ſuum. Nec prelatus poteſt dare licentiam ſic retinendi. nec papa in ꝓprio diſpenſare. ex de ſtatu. mo. cum ad monaſterium. Si dedit de bonis monaſterij ſiue cōuentus. ſine licentia ſuperioris ſui habita vel preſumpta Idez ſi aliquid recepit vl tenet eodem modo quia mortale eſt et proprietas. Si reperiens ſe in loco vbi non viuitur in communi ꝓpter qd oportet ſibi prouidere de neceſſarijs. habet aliqua veſtimenta. peccuniam ꝛ hmōi cum bona licentia et bn̄placito



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prelati aduertat diligenter Primo quidem ꝙ per
eum non ſtet quin omnia vellet ponere in cõmunĩ ſi
alij vellent. et ad hoc operetur quantũ poterit. Se-
cũdo ſi hoc ñ poteſt. ſp ſit parat9 omnia ſimpliciter
ponere et dimitte in manibus plati. Tertio vt de
hmõi ꝯceſſis nil det ſine licentia ſupioris genera
li vel ſpeciali etiam in elemoſinas niſi extrema ne
ceſſitate. Quarto vt nõ theſauriſet. nec ſupflua te
neat nec delicioſa querat nec multũ inquirẽdo ſol
licitetur nec habeat inordiatũ appetitum ſeu affe
ctum in hoc. Et ſic poterit trãſire. ſi tñ in alijs bñ
ſe habeat. ſec9 aũt ſi ſic agẽdo nõ religioſe. ſ3 lay-
caliter viueret. S3 et cũ predictis etiã ſi poſſet lo
cum inuenire vbi in cõmuni viueretur. tutiuſ et me
lius eſſet ſe illic ꝯferre

## Quo ad votum caſtitatis.

Si ſeruauit votum caſtitatis. non ſolum ab oĩ
corporali opere. et ꝯtactu venereo ſe abſtinẽ
do ſed etiã ab omni locutõe turpi et amatoria ⁊ ab
omni cogitatõe inmũda deliberata ⁊ ꝺlectatõe mo
roſa quia in quolibet hoꝝ eſt mortale vt ſupra di
ctum eſt circa. c. de ſexto pcepto ⁊ de nono ⁊ eſſ3
ſacrilegiũ qꝺ grauí9 eſſet Et q2 ad iſta deuenitur
p ꝯuerſatõ3 et familiaritatẽ. et ideo requirendu3
Si cum fuerit monialis habuit domeſticitatem cũ
aliquo vel ſi fuerit monachus cum aliqua. et ſi re-
pitur hoc eſſe ex cauſam neceſſitatis phibendu3
eſt ipſis quia alias non eſſent abſoluendi quia in-
poſſibile quaſi eſt talem non incidere ruinã. vt di.
xxij. hoſpiciũ. et di. lxxxi. p totu3. Scandala etiam

multa ēt oblocutiones ex hoc ſequūtur in populo et hmōi et ideo oīno ꝓhibenduz ē hmōi acceſſus ꝯſanguineoꝝ q̄ntū rarus erit acceſſus.

## Quo ad votum obedientie.

Si fecit ꝯtra votū obediētie. quia ſemper moꝛtale ē Et nota ꝙ ñ ſꝑ aliq̄d agit. ꝙ ē ꝯtra regulā ſuā ł qñ trāſgredit² reglaz ł ꝯſtitutōes ſuas Sz etiā qñ facit ꝯt̄ p̄cepta ꝯtēta i regla. ł ꝯſtitutōib⁹ ſupioꝝ ſuoꝝ. ł qñ trāſgredit² i aliq° ex cōtēptu quātūcunq₃ etiā ꝑuo. Qñ ergo prelat⁹ vel ꝑlata iniūgit aliq̄d p̄cipiendo ſub tali modo loquēdi videlicet precipio ł mādo tibi in virtute obedientie ł ſpūs ſcī. vt facias hoc. vł omittas illud. ł ſb pena excōicatōis ꝛ hmōi. Illud dr̄ p̄ceptū cui⁹ trāſgreſſio ſemꝑ ē moꝛtale. Idē ē qñcunq₃ p̄latus aliq̄d ſubdito p̄cipet. ñ tñ ſub his verbis declararet ſibi tñ ꝙ intenderet illū obligari hmōi p̄cepto ꝛ ſub pctō moꝛtali teneret² ſubdit⁹ niſi p̄cipet ſibi aliq̄d illicitū vł qđ eſſet ꝯtra reglaz et ꝯſtitutiōes Silr qñ i regla vł ꝯſtitutōe ē aliq̄d p̄ceptorie mādatū vł ſub pena excōicatōiſ ł ſub pena carceris vel ſub pena grauioris culpe vł ſimili locutione ꝯmuniter cenſet² obligari ad hoc ſub moꝛtali. Alias autē faciendo ꝯtra cērimonias vt frāgēdo ſilentium tarde veniēdo ad choꝛum et hmōi veniale niſi faceret in ꝯtemptū tūc qꝛ moꝛtale eſſet. Et ideo caue ne aſſueſcas alicui tranſgreſſioni quia ꝯſuetudo q̄uis ipſa non ſit ꝯtemptus. tamen contemptus inductiua.

## Quo ad diuinum officium.

Si nō dixit horas canonicas aut officiū beate
virginis aut defunctoꝝ. Nam religioſus eti-
am ſi non habet ordinem ſacrum. tenetur ex pre-
cepto ad officium precipue tamen ſi eſt profeſſus
vnde obmittendo aliquam horam peccat mortalit
Si tamen obmittit ex negligentia. non autez tene
tur ex precepto ad iſtud vel illud quamuis nō de
beat etiam ad placitum ſuum mutare officium ſed
debet dicere ſm ꝯſuetudinem ordinis ſui. Itez ſi
tardauit ad dicendum vel ſi non cum alijs ī eccle
ſia fuit. Si ſomnolenter vel ibi dormiendo. et recu
peret illud in quo dormiuit. vel aliud dicat loco
eius. ſi autem pro maiori pte dormiuit. totum ite-
retur. Vel ſi ibi inconpoſitus fuit et oculis va-
gis. Si riſit vel ridere fecit aliquem. vel aliam le
uitatem operatus eſt. vel ſi locutus ē ſine neceſſi-
tate. Si mente diſtractus precipue quando ad
uertere debuit. Si male legit vel cantauit vel nō
inclinauit cum debebat ex negligentia. In quoli-
bet horum et ſi eſt veniale communiter tamē pec-
catum eſt. Si elegit prelatum per ſymoniā. vl
ſi non ſymoniace tamen ſcienter indignum. Si nō
illum quem iudicauit meliorem ad illud officium
ſed alium ratione amicicie vel alia intentione mun
dana elegit. quia mortale eſt. Si accuſauit calum
nioſe prelatum vel ſocium de aliquo criminali. vel
teſtificatus eſt contra aliquē iniuſte. vel alias
infamauit prelatum vel ſubditum dicendo crimi-
nalia de eo. etiam ſi eſſent vera cum diceret intē-
tione infamandi peccaret mortaliter. Si ſecreta
ſui ordinis reuelauit ſine cauſa iuſta et racionabi-

li.et quomodo quis teneatur ad reſtitutōem fame
habes ſ̄ in.j.ꝑte.Si in viſitatōe p̄latoꝝ non reue
lauit dicenda q̄ ſcꝫ ſunt ꝯt honeſtatē religionis d̄
p̄latis et d̄ ſocijs.Et p̄cipue qn̄ ſic ꝯiter ꝑuat².ꝙ
fit p̄ceptū a viſitatore vt fratres dicāt q̄ ſunt di=
cenda ⁊ q̄ indigēt correptōe qꝛ tūc obmittē aduer
tēter ea q̄ dicēda ſunt eſt mortale.debet tn̄. iſtud
intelligi ꝑuato ordīe fraterne correptōis. vn̄ oino
occulta a q̄bus poteſt p̄ſumi emēdatio dici nō de=
bent.Vbi autē nō ſperat² emendatio.ſed p̄ſumit²
recidiuatio vl' aliud magnū ſcandalū dici debꝫ n̄
tn̄ accuſando ſi ꝓbari ſufficiēter nō poteſt. qꝛ tūc
grauiter peccaret.ſꝫ ſimpliciter denunciādo pre=
lato vt patri ſi tn̄ ſperat² ꝙ ꝓuidebit².Si fecit vl'
cooꝑatus ē aliquā ꝯſpiratiōnē ꝯt prelatos vel in=
uenit.aut ſectatus ē ꝑtialitates in monaſterio aut
ꝯuenta aut ſectas et diuiſiones qꝛ mortale ē ⁊ cri
men mūdanoꝝ ꝑuerſoꝝ ymo demonioꝝ pocius q̄ꝫ
religioſoꝝ.Item ſm Ray.interrogādi ſunt d̄ xij.
abuſionibus clauſtri q̄ ſm hug.iſte ſunt.Prelat⁹
negligēs.diſcipulus inobediēs.Iuuenis ocioſus.
Senex obſtinatus.Monachus curialis.Religioſ⁹
cauſidicus.habitus precioſus.Cib⁹ exq̄ſit⁹.Ru=
mor in clauſtro.Lis in capitulo.Diſſolutio in cho=
ro.Irreuerentia circa altaria.In his quandoqꝫ ē
mortale et quandoqꝫ veniale ſm quantitatē ⁊ q̄li=
tatem defectus et intentionē. Magna abuſio etiā
eſt religioſum iurare in ꝯmuni ſmone.etiam ſi ve=
ritatem dicat quāto magis maledicere et blaſphe
mare.etiā ſi ex leuitate.Item interrogandum etiā
precipue eſt de cerimonialibus principalib⁹ vt de

eſu carniū ext̄ infirmitatem. de lineis nō vtēdis ad carnem. de lectis non plumis. de ieiunijs regule et ꝯſtitutionib⁹. de obſuatione ſilentij. in certis locis et horis. ad que omnia obligant̄ monachi et monache. precipue ordinis benedicti. ex ꝺ ſtatu-mo. Cum ad monaſterium. Et etiam plures religioſi aliorꝝ ordinum ex ꝯſtitutionib⁹ ſuis. Et licet ꝓlat⁹ poſſit in his diſpenſare. qd̄ poteſt ſm̄. Ber. qn̄ fit cauſa rōabili ⁊ vrgēte neceſſitate. alias em̄ pctm̄ eſſet diſpēſanti et diſpēſato plus aut minus ſm̄ tranſgreſſiones. Si obediēdo male ſe habuit. videlicet qꝛ obediuit in malo in dicēdo mendaciū vel ex negligentia dimiſit cōmune mandatū. vł tardus fuit ad obediendum vł ñ affectuoſe ſ3 q̄ruloſe et diſſolute nō cū maturitate obediuit. Si irreuerens erga maiores fuit egre ſuſtinēdo reprehēſiones et cū indignatōe. communiter eſt p ctm̄ veniale. niſi exceſſus magnus fuit.

## De exercitio.

SI vacauit ocio qd̄ ē ſentina omniū viciorꝝ ⁊ quantum ſi inutiliter tps expēdit in faciēdo ea q̄ ſunt nullius vtilitatis. Si fecit exercicia mūdanorum. vt faciendo burſas veſtes ope polimito more ſeculariū. vt rechamaciones. vł linea reticulata et hmōi. vł ꝯfectiones multū ꝓcioſas vel alia glorioſa qꝛ magnū pctm̄ ē et abuſio ⁊ occaſio mltorꝝ malorꝝ. ⁊ ideo ꝓhibendū ē hoc ꝓcipue monialib⁹ modernis q̄ vt frequenter in hoc offendunt.

## De conuerſatione cum alijs.

SI nimis fuit leuis vel inducēs alios ad leui

tatē et riſum verbis vł geſtib⁹. vel ſolacijs. q̄ licꝫ aliq̄n ſine peccato fieri poſſunt ad recreationē vel ſubleuandū ſe vł alium ab accidia. Raro tamē huiuſmodi decent religioſos. et communiter eſt peccatum veniale. Si murmurauit circa victū ꝛ veſtitum. Si impacienter tulit mores graues alioꝝ. Si ſe grauem alijs reddidit. Si ſingularitatem queſiuit in cibo veſtitu et dormitu et alijs vnde freq̄nter oritur in ipſo ſuꝑbia et in alijs murmuratio et indignatio. Si fratrem delinquentē fraterne non ām̄onuit vł defectus alioꝝ non ſignificat p̄lato ad remediandum ꝑuato fraterne correptionis ordine. In quolibet hoꝝ pc̄m̄ ē ꝯiter veniale.

## De executione officij ſibi commiſſi.

Si murmurauit ꝯt ſibi ꝯmittentē officiū aliq̄d tāq̄ idiſcretū. ſi ipatiēt ſe habuit dure loq̄ndo cū quib⁹ ſe habuit itromittē. Si n̄ diligēt tractauit res mōſterij Si nīs tenax ł nimis ꝓdig⁹ fuit i dādo ł acceptor ꝑſonaꝝ. ſ̄n cā rōabili magis dās vni q̄ꝫ alteri d̄ reb⁹ ꝯib⁹. Si dedit q̄b⁹ n̄ potuit qꝛ nō habuit licētiā Si ꝑmiſit res ꝑire ex negligētia ł nīs ſollicit⁹ fuit ꝓpter hoc paꝝ vacādo ſibi ꝓpter multiplicationem temporalium quod vicium multum hodie regnat.

## De ſtudio.

An nō fuit diligēs ad diſcendū ea ad q̄ tenet᷒ ſ̄m regulam et cōſtitutiones. quia peccat et

tranſgrediens ex ignorantia non excuſatur. Si ſa-
cerdos eſt debet querere ⁊ ſcire q̄ debita ſunt ad
celebrandū et miniſtrandū. Si ꝯfeſſor eſt. q̄ ꝑti-
nent ad illud officiū. et ſic de alijs. Et ſi in his ē
negligēs precipue cū poteſt grauiter peccat de-
bet etiam frequēter legē doctores exponētes ſcri
pturā et alios libros deuotos et vtiles. vn̄ inſtrua
tur et ꝯfortet² ad bonū. Nō em̄ leget curioſa et in
vtilia vt doctrinā gentiliū vl̄ fictiones poetaꝝ et
hmōi q̄ retrahūt a magis neceſſarijs q₂ pctm̄ ē cu
rioſitatis. Itē q vocant² ad dirigēdas mōiales in
electōibus et alijs niſi ab his p q̄ poſſit inter eas
oriri diſcordia ſe abſtineāt ſunt excōicati.

## De oratione.

Si non orauit vltra diuinum officiū ꝑ̄matim
ꝓ ſe et ꝓ alijs ꝯſanguineis et bn̄factoribus
⁊ ꝑ̄cipue ſibi recōmēdatis viuis et defūctis ſolli-
cite vt debuit. Si non frequentauit ꝯfeſſionē. cō-
munionē ſm morē regule ſue Itē monachis nigris
ꝑ̄ceptū ē ꝙ hoc faciāt ſeml̄ i mēſe ex̄ d̄ ſtatu. mo.
ne. in agro in cle. Si nō vacauit meditatōi q̄ ꝑma-
xime deuotionē inducit. Si fuit tepidus in dilecti
one dei ⁊ ꝓximi non ardenter affectās honorē dei
et ſalutē animaꝝ vt decet. Si igratus fuit ad re
cognoſcendū et recogitādū bn̄ficia dei et recōpē-
ſandū deuote ei ſuiēdo. Si nō preparauit ſe ad di
uina vt debuit. hec ſunt in quib⁹ cottidie offēdit
et ex hoc ipeditur ꝓfectus.

## Quo ad conſanguineos.

Si nimis carnaliter dilexit ꝯſanguineoſ nimiſ
affectās eoꝝ ꝓſperitatē vel gaudens de ea. aut
ſi nimiū ꝯtriſtat² d' eoꝝ aduerſitate ꝉ ſi nimis eos
viſitauit ꝉ q̄rit ⁊ gaudet nimiū viſitari ab eis. Si
d' ſecl'arib⁹ cū eis loq̄t² q̄ n̄ expediūt vt etiā cum
alijs d' guerriſ ⁊ factis p̄ncipū ſecularium ⁊ freq̄nt
hmōi iterrogat ꝉ libēter aduertit ad hec vt ſi pro
ꝯſāgneiſ ſuis ꝓcurat bn̄ficia eccl'iaſtica ꝉ tp'alia ⁊
p̄cipue ad hoc n̄ aptis q2 poſſ3 eē mortale De alijs
vicijs ꝯib⁹ vt ira īuidia ſupbia et hmōi vide ſ̄ in
j.et.ij.pte. De his q̄ ptinēt ad regulā ſuā vlt̄ pre
miſſa ipe ſibi ꝓuideat. Si videlicet penas ꝉ peni-
tētias ſibi taxatas ꝉ iniūctas a regl'a ⁊ ꝯſtitutōib⁹ ꝉ
p̄latis n̄ fecit ex negligētia. q2 peccauit. Si āt nul
lo mō eſſ3 pat⁹ facē q̄ p̄lat⁹ p̄cipet vt i regl'a aut
ꝯſtitutōe ſibi mādata eſſent mortaliter peccaret.
Si āt nō intēdit ꝑficē i vita ſpūali. attamen ſuat
ſuāda. licet multi⁹ facit. male ꝯtent⁹ ꝙ ē in religi
one ypocrita eſt et in ſtatu dānationis.

## Sequuntur excōicationes religioſoꝝ Capitulum. xlv.

Religioſi qui inducūt aliquē
ad vouēdū. vel fide interpo
ſita ſeu alias ꝓmittendum
vt ſepulturas apud ſuas ec
cleſias elegāt. vel electas
mutēt. excōicati ſunt excōi-
catōe papali Religioſi q̄ cle
ricis vel laijcis ſacramentū

euchariſtie.vel vnctionis extreme miniſtrare vel matrimoniū ſolenniſare abſq3 licentia ſacerdotis parrochialis ſpeciali.vel aliquem ex cōicatū a canone pterꝙ in caſibus a iure expreſſis vel p priuilegium conceſſ'8 vel a ſententijs per ſtatuta ſinodalia vel puinciala promulgatis vel quemꝙ a pena et culpa abſoluere preſumpſerint ſunt excōmunicati excōicatione papali.Religioſi pfeſſi qui vadūt ad ſtudia lrāꝝ quecūq3 niſi habuerit licentiam a prelatis cum conſilio maioris ptis conuentus ſunt excōicati ex ne.cle. t mo.ſe ſe.ne.im miſ. vt piculoſa li.vj.Religioſi qui vadunt in ſcolis ad audiendum leges vel phiſicam poſt duos mēſes ſi non dimittunt ſunt excōicati.Religioſi qui apoſtatant ſunt excōicati.Et dicuntur apoſtatare qn̄ dimiſſa religione et habitu non intendūt reuerti. Religioſi qui temere habitū ſue religionis dimittunt ꝙuis non ſint apoſtate ex hoc ſunt excōicati vt in predicto.c.vt piculoſa.li.vj. Religioſi etiam cuiuſcūq3 ordinis cum viderint vel ſciuerint cathedralem ſeu matricem eccleſiam loci ſuare interdictum qdcunq3 poſitum auctoritate ſedis apoſtolice vel ordinariorum debent et ipſi obſuare non obſtantibus quibuſcūq3 appellationibus antea etiā ad eandē ſedem vel alias aut de alijs interiectionibus et obiectionibus .alioquin ſunt excōicati ex de ſen.excom.Ex frequentibus in cle.Religioſi q̄ aliqua dicunt vt audientes a decimarum eccleſijſ debitarum ſolutione retrahant in ſermonibus ſuis vel alibi ſunt excommunicati extra d' pe. Cupi. in cle.Religioſi qui ſcienter poſtpoſuerunt confi-

tētibus ſibi conſcientiā facere de ſoluendis deci-
mis·ſunt ſuſpenſi ab officio confeſſionis tam diu
donec ꝯfeſſis eiſdem ſi cōmode poterunt·faciant
conſcientiam·ꝙ ſi in dicta ſuſpenſione non purga
ta conſcientia ꝯfiteantur ſunt excommunicati· ex͠t
de pe·Cupiētes in cle·Monachi et canonici regu
lares non habentes aliquam amminiſtrationem ſi
conferunt ſe ad curias principum ſine licentia p̄-
latoꝝ ſuoꝝ vt inferant damnum prelatis ſuis vł
monaſterijs ſunt excōicati vt in Cle·ne·in agro ď
ſta·mo·et ca·re·Religioſi mendicantes qui accipi
unt noua loca ad habitandum vel antiqua eorum
loca alienant ⁊ ꝑmutant abſq; licentia pape ſunt
excōicati vt ex͠ de pe·Cupientes i cle·Qui intrāt
monaſteria monialium ordinis predicatorum ſiue
fratres ipſi ſiue alij quicunq; mares· niſi in caſi-
bus conceſſis in conſtitutionibus earū ſunt excōi-
cati nec poſſunt abſolui niſi a papa vł a magiſtro
ordinis vel aliquo alio qui ſuꝑ hoc habeat aucto-
ritatem ſpecialem·Et qui vel que hoc admittunt
etiam videntur excōicati vł excōicate·q2 ꝑticipāt
in crimine ·Similiter qui ingrediūtur monaſteria
monialium ordinis minoꝝ in caſu non ꝯceſſo ſunt
excōicati excōicatione papali ꝑ extrauagā·Qui vō
ingrediūtur alia monaſteria mōialiū nō ſunt ipſo
facto excōicati de iure ſed excōicandi In multis
tñ locis ꝓpter ꝯſtitutionē ſinodalē etiā ſunt excōi
cati·De his igitur etiam quere·Et de his etiā ex
communicatis plene habes in·iiij·ꝑte ſumme·t·j·

## Circa prelatos in cōi· Ca· xlvj·

Prelati interrogandi ſunt in
communi primo. ſi legittime
aſſecutus eſt dignitatē ſeu
prelationē. an videlicet ali-
qua irregularitate vel ſentē
tia fuerit irretit9 cum fuit
aſſumptus ad prelaturā in
qua non fuit ſecum diſpen-
ſatum. vel de qua non fuit abſolutus. vt videlicet
ſi fuit bigamus. ſi coopatus eſt i cauſa ſanguinis
Si eſt illegittimus. ſi excommunicatus. ſi ſuſpen
ſus. aut notorius ꝯcubinarius. nam qui in quolibꝫ
hoꝝ ſe noſcit et prelatōem in eis vel aliquo illoꝝ
accipit eam furtiue tenet et eſt in continuo morta
li. Item nota ꝙ illegittimus ad dignitatē vel bene
ficiū curatum vel prioratū in religione qui per ele-
ctionem creatur ſine diſpenſatione pape ꝓmoue-
ri non poteſt. ex priuilegio tamē magiſtri ordinis
in cauſa hac poteſt diſpenſari ad prelaturas in or
dine predicatoꝝ de hoc habes in. iiij. pte ſumme
t. j. Si rite abſqꝫ vicio ſymoniaco fuit electus con
firmatus et ordinatus. Si interpoſuit p̄ces ꝓ ſe vel
ꝓcurauit ꝙ ali9 ꝓ eo porrigēt. q2 ſymoīa fuit. et ſi
ibi fuit ſymonia pactōis indiget diſpenſatione pa
pe. et anteꝗ̄ diſpenſetur furtiue tenet dignitatē
De hoc habes i. ij. pte ſumme. t. j. c. j. Itē de omni-
bus his que habes ſup̄ in. c. de beneficiatis et in
c. de clericis in cōmuni potes hic interrogare ꝓut
videbitur expedire. ſi eſt prelatus ſecularium cleri
coꝝ. Si vero prelatus religioſoꝝ interroga de hiſ

que ſunt in capitulo precedenti et de his que ſequuntur. ¶ Si aliqd peccatum manifeſtum ſimulauit in ſubditis et non correxit. aut ſi non manifeſta que ad eius noticiam aliqualiter peruenerint vlterius non inquiſiuit. quia ſi mere ex negligentia omitterat puto mortale quo ad criminalia. Secus ſi ex aliqua ratione hoc omittit vtputa ad euitanda maiora ſcandala. Si in capitulo equ9 iudex non fuit Si rerum monaſterij dilapidator fuit Si ſuperioribus non obediuit Si cauſas ſibi a ſuis ſuperioribus commiſſas non ſm̄ conſiliū peritorum determinauit ſed ſm̄ acceptatōem pſone. In omnibus ſupradictis eſt peccatum mortale vel veniale ſm̄ qualitatem exceſſus et maliciam ac negligentiam. Si indignos et non ydoneos in officijs poſuit maxime ad curam animaꝝ quia male videtur excuſari a mortali precipue ſi eos quos ſcit malos et in mortali pſeuerare ponit ad curam animaꝝ cum poſſit repellere nec credo ꝙ excuſet paucitas. q2 alij non inueniun² etiaꝫ ſi ille quē ſic poſuit ſit multum induſtrioſus et bene ſciat officiare eccleſiam in exterioribus. Idem cum talem ſuſtinet quē ip̄e tm̄ n̄ poſuit licet iuridice eū remouē pt. Si poſuit in audientiā ꝯfeſſionū notabiliter ignorātes ꝛ ineptos vel criminoſos q2 mortaliter peccat ꝑ illam regulā. Qui cauſam dām̄i dat dānū dediſſe videt² Idem ſi tales toleret cum poſſet eos remouē niſi forte a ſupioribus ſuis ſint ad hoc poſiti. ¶ Sed quā curā de ipſis habebit cū ad ſui damnationem exerceāt tale officiū audiendum eſt. Quomodo āt videatur inept9 vel notabiliter igorans habes in

tertia pte ſumme. Si fuit nimis curioſus ⁊ pōpoſus in edificijs eccleſie et monaſterij et oꝛnamentis et huiuſmodi. qđ eſt contra ſanctum. Ihero. et Ambꝛo. xxij. q. ij. c. Aurꝝ et. c. Gl'a epi veñ. Et tam̄ a modernis fiunt multe ſupfluitates et curioſitates ⁊ pallacea ɔtra exempla ſanctoꝝ omnium. Et de his amittit' multum de tempoꝛe et deuotione ita vt ɔpletis edificijs exhauſti videntur. omnis ſpiritus et deuotio. et pauperes in terra moꝛiunt' fame. quos ipſi religioſi de ſupfluis eoꝝ tenentur ſuſtentare. xxij. q. j. Si fuit nimis ſollicitus circa tempoꝛalia. ex hoc minus debite vacans ſpiritualibus in ſe et in ſubditis ⁊ lectioni. oꝛationi. meditationi et ammonitioni. vtiqȝ peccatum eſt plus et minus ſm quantitatē exceſſus. pꝛincipalis em̄ intentio ſeu cura debet eſſe de ſpiritualibus. Si nimis per curias diſcurrit in litigando cum ſcandalo hominum. cum poſſet per alium modum magis pacificū ſua repetere etiam ſi non tantum per hoc recuperare deberet. Si iura et pꝛiuilegia ſue eccleſie ñ ſuauit ⁊ ďfēdit vt debuit. Si idiſpēſando indiſcrete ſe habuit. vel quia nimis de facili et ſine cauſa rationabili diſpen auit de ieiunijs. de eſu carnium. de retinendis rebus ad vſum. In penitentijs taxatis ſm regulam et conſtitutioneȝ et huiuſmodi. quia peccauit. in ducendo relaxationem et religionis rigorem eneruando. Vnde beatus Benedictus in regula ſua dicit. ꝙ de omni diſpenſatione habet reddere rationem. Vel etiamſi fuit nimis durus in diſpenſando cum debuit pꝛecipue cum debilibus et infirmis ⁊ huiuſmodi non

prouidenſ eis. Si ñ fuit bonus exẽplaris ĩ inceſſu moderato. in habitu non precioſo. in modeſtia geſtus. in locutione rara et graui ⁊ fructuoſa. cauẽs diſcordias nutriens pacem. omnes patiẽter audiens et tolerans. ſingularitates vitans. communia ſequens cum poteſt nemini bland⁹. affabilis cunctis. ſuſurratiões. detractiones. irriſiões confabulationes. maledictiones. contentiones. in ſe et ſuiſ eliminans. in omnibus circumſpectus. nõ delectãs in preſidentia. ſed timens de negligentia. cum de ſingulis ſibi commiſſis habeat reddere rationem Ita aliorum curam habens vt ſui non obliuiſcatur vt docet gregorius in paſtorali. Nam ſic tanetur quilibet prelatus eſſe et ſic ſe habere. Si in corrigendo fuit nimis remiſſus. vł nimis rigidus quia vtrumqꝫ cauendum eſt. ſicut dicit gregori⁹ in moralibus et vt habetur di. xlij. diſciplin a. Nam facilitas venie incentiuũ prebet delinquẽdi ſm am. xiij. q. iiij. Eſt iniuſta. Et aſperitas nimia ĩ increpacione. nec correptionem recipit nec ſalutem. Leo. di. xlj. cum beatus. Precipue circa ſeniores debꝫ prelatus in corrigendo humanus eſſe. et ſic ſe habere vt dicitur in. c. ſeniores. j. q. vij. ſm grego. niſi eſſent habituati in malo. quia tunc durius corripi debẽt ſm eundẽ vt ſ. Si diſtricta fecit ꝑcepta a qbus multum debet cauere niſi ſit res ardua. et ſi cogeret ꝑ ꝑceptũ vł ſententiã ad aliqđ faciẽdũ vł dicendũ ĩ quo nõ eſſet ei ſubditus aſtrict⁹ vel ñ deberet ei obedire nec ĩ reuelando ei pc̄m oĩno eſſꝫ mortale ei In iq̄ſitõe ẽc̄ criminũ ĩ ẽceptõe accuſatõis ł denũciatõis ł ĩ ꝓlatõe ſnīe excõicatõis

et huiuſmodi non ſit preceps nec procedat per ſu
ſpiciones. ſed ꝑ ꝓbationes et ꝑ modos iuridicos
alias enim incurreret graue peccatum. et aliquan
do ſententias. de hoc habes in ſumma. Si recepit
prelatus in ordine mendicantium aliquem ad pro
feſſionem ante annū ↄpletum ꝓbationis ſeu no-
uiciatus. eſt ſuſpēſus a receptione cuiuſq̄ ad pro-
feſſionem. et debet puniri pena que ſolet infligi.
ꝓ grauioribus culpis. vnde et mortaliter peccat
ex̄ de reg̃. et trā. ad rel. Non ſolū li. vj. Si non in-
duxit quātum potuit verbo et exēplo ſubditos ſu-
os ad obſuandū omnes ceremonias ſui ordinis Si
malas ↄſuetudines ſeu corruptelas contra regu-
lam et decentiam religionis quas inuenit iam indu
ctas non abſtulit quantū potuit vt vicium ꝓpeta-
tis diſcurſum fratrum ad placitum. familiaritatē
cum mulieribus. vel viris ſi eſt monacha. tollatōeꝫ
rerum. amicis ↄſanguineis. ſine licentia ꝛ rationa
bili cauſa. eſum carnium ſine cauſa racionabili. qđ
eſt vniuerſale omni mōacho đ ↄſe. di. v. mo. Et ſimi
lia que ſunt precipue contra eſſentialia vota reli-
gionis. nullo modo debet ꝑmittere nec etiam per-
ceptionē aut etiam receptionē ſymoniacā monali-
um ſicut hodie fit quaſi vbiqꝫ. ꝙ ſi talia poteſt re
mouere. nec eſt ſpes in futurū. dimittat curā exē-
plo beati Benedicti. vt vij. q. j. ibi ne quietem ſuaꝫ
amittat et tandem cū eis damnationem incurrat.
Quicūqꝫ ſit ille abbas ꝉ abbatiſſa prior vel prio
riſſa vel alias quocunqꝫ nomine cenſeatur. nec ſuf
ficit ꝙ prelatus corrigat vicia que contigerit ipm̄
noſſe. ſed diligenter agnoſcere vultū pecoris ſui

conſiderando vias eius. Caueat autem ne crimina delata ſibi in foro ↄſcientie vel in ſecreto iudicet in foro ↄtentioſo ſeu in capitulo. Ibi enim tantum manifeſta corrigenda ſunt. Si habet ſub cura monaſteria monialiū inquirendū eſt vt infra in .c. ſequenti de hmōi.

## Circa epiſcopos et alios ſuperiores. Capitulum. xlvij.

Epiſcopi ꝛ alij ſupiores plati ſic poſſunt interrogari Si videlicet non ſit talis litterature et ſcientie ꝙ p ſe explicare ſciat que deb; et ad qđ tenetur cū ipſe habeat alios ſup hmōi informare ꝛ dirigere. Nā ſi bonus ab oibus ↄmuniter reputatur et ſufficiens. non eſt neceſſarium niſi ipſum audire et ſi de aliquo negotō non intelligit. poteſt confeſſor eum quantum poterit informare. Et ſi tale quid eſt in quo variantur opiniones. vel de quo non poteſt dari lata ſententia. relinquendū eſt ſue conſcientie. Idem dicendum eſt circa alios clericos. religioſoſ. prelatos ꝛ laicos peritos et timoratos qui ſciunt ſufficient dicere et diſcernere facta ſua. Si vero huiuſmōi epiſcopus vel alius ſuperior non ſit talis. ſed indiget adiutorio interrogantis inquantum clericus ē tunc inquiri poteſt prout expedire videtur de hiſ que habes ſ. c. circa clericos in communi vt de officio diuino celebratione et miniſtratiōe ſacramētoꝝ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et de modo et huiuſmodi. Si vero aſſumptus eſt ex religione ad epiſcopatū. Interroga de his que habes in.c.circa religioſos q° ad multa. Nā ꝙuis aſſumptus ſit ex monaſterio tamē adhuc tenetur ſeruare oꝛdinem ſuum niſi in his que non paciuntur officium paſtoꝛis vt ſilentiuꝫ. ſolitudo. vigilie et hmōi. Inquantum vero fuerit beneficiatus ſeu curatus et pꝛelatus interroga de his que habes ſupꝛa in.c.circa beneficiatos. Et ſi recepit dignitatem ſeu epiſcopatum habens aliquam irregularitatem. vel ſententiam aut ſymoniace vel per intruſionem ſibi acquiſiuit pꝛelaturam dic vt in.c. pꝛecedenti in pꝛin. Exinde de his que ſequuntur que ſunt ſpecialia officio paſtoꝛali interroga. Si videlicet ꝯtulit oꝛdines ſacros indebite. quod eſt vnum inquo maxime offendunt. Si per ſymoniam ꝯtulit ſed oculte quia moꝛtaliter peccauit non tamen ipſe eſt ſuſpenſus ex hoc quo ad alios. Sed ſi notoꝛia eſt ſymonia ſuſpenſus eſt quo ad alios. Si autem in vtroqꝫ caſu oꝛdinatus ab eo eſt ſuſpēſus et indiget diſpenſatione. Si contulit ſcienter oꝛdines non habentibus legittimam etatem. quia moꝛtale eſt nec poteſt epiſcopus ſuper etate diſpenſare. Si contulit oꝛdines per ſaltum ſcienter rel duos ſacros ſimul. vel quattuoꝛ minoꝛes cum ſubdiaconatu quia moꝛtale eſt Si contulit oꝛdīes ſacros extra tempoꝛa oꝛdinationū quia moꝛtale ē niſi ex diſpenſatione pape hoc fieret. alias enī oꝛdinatus eſſet ſuſpenſus. minoꝛes tamē oꝛdines diebus feſtiuis conferre poteſt. Si in oꝛdinatiōe dimiſit aliqđ faciendum quia ſi obmitteret aliquid

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

